6
14-b
72

BIBLIOTECA NAZ
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Edmund Jeffery, Bibliopol. MDCCV.

ANACREON TEIUS,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

POETA LYRICUS,

Summâ Curâ & Diligentiâ, ad fidem etiam Vet. MS. *Vatican.* Emendatus.

Priſtino Nitori, Numeríſque ſuis Reſtitutus, Dimidiâ ferè parte Auctus,

Aliquot nempè juſtis *Poematiis*, & *Fragmentis* plurimis, ab undiquaque conquiſitis.

Item Anacreontis *VITA &c. Aliaque, quorum ſeriem ſequens Pagina notat.*

Accêſſere Ornamenti loco Tres Elegantèr-Sculptæ

Effigies { Auctoris, ANACREONTIS. / Patroni, D. Ducis de MARLBOROUGH. / Editoris, JOSUÆ BARNESII.

Operâ & ſtudio *JOSUÆ BARNES* S. T. B. *Græc.* Ling, *Cantabr.* Profeſſor. Regii.

Non, ſiquid olim luſit Anacreon,
Delevit Ætas. Horat. l. IV. §. IX.

CANTABRIGIÆ,
Recentioribus TYPIS ACADEMICIS, Impenſis *Edmundi Jeffery*, Bibliopolæ. MDCCV.

In Hâc Editione Barnesianâ *continentur*

EPistola Dedicatoria, D. Duci de *MARLBOROUGH* scripta.

Ἐπινίκιον, Poema *Anacreonticum*, *Græcè* & *Latinè*, de ejusdem Ducis *Victoriâ &c.*

Anacreontis Vita, à *Josuâ Barnesio* conscripta.

Tractatus de Lyricâ Poesi, eodem Auctore.

Errata.

Anacreon, cum Notis Perpetuis & Versione *Latinâ*, Metri rationibus *&c.*

Fragmenta, cum Notis *&c.* à Vers. 903. *inclusivè* ad v. 1385.

Anacreontica, cum Notis *&c.* à v. 1385, ad v. 1512.

Epigrammata Veterum & Modernorum super *Anacreonte*. à v. 1512. ad v. 1679.

Anacreon Christianus, à v. 1679. ad v. 1815.

Index Poematum & Fragmentorum *&c.* omnium.

DEDI-

Illustrissimo, Invictissimóque

HEROI

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA

Dº JOHANNI

DUCI & COMITI

DE

MARLBOROUGH,

Marchioni de *Blandford,*

Baroni *CHURCHILL*
de *Sandridge* & *Aymouth,*

Serenissimæ Majestati *Britanniarum*
Reginæ à Consiliis Secretioribus,

Noblis. Ordinis *Priscelidis* Equiti,

Præfecto Generali Rei *Bombardicæ,*

Primæ *Legionis* Equestris *Palatini* Satellitii *Stratego,*

Capitaneo *Generali* Regio Copiarum Terrestrium &c.

Galliarum & *Bavariæ* Triumphatori Fortissimo.

Cel-

EPISTOLA

Celsissime Dux,

NE mireris, oro, quòd *Anacreon*, Poeta Ingenii festivissimi, Ducem fortissimum intrepidus nunc accedat: Dominæ enim tuæ ANNÆ, Reginæ Optimæ, factus nupèr *Subditus* fidelis, tuúsque proindè *Gentilitius*, sub tutissimo Virtutis tuæ Clypeo defensari jam ambit, sub auspicatissimo tuo Vexillo militare. Mox & tua Gesta videbis aureo Plectro sonantem, tuósque in campo *Blenamiaco* per summam Virtutem partos Triumphos.

Nec repelles scio, quem viventem olim *Polycrates*, *Sami* Rex fortunatissimus, in sinu fovit;

vit; quem *Hipparchus*, *Athenarum* Princeps ſapientiſſimus, honorificentiſſimâ Legatione invitavit, & *Prætoriâ* Navi ad ſe deferendum duxit. *Britanniarum* Inſula *Samo* longè Nobilior; *Cantabrigia* mea, imò Tua, *Athenis* illius nequaquam ceſſerit. Nec *Anacreon* ſibi minùs jam ſimilis, quàm quùm Viveret; eò etiam Major, quòd, Tuî nunc causâ, Heroicæ materiæ poſſit & velit aſſurgere, prioribus ſuis levioris momenti Deliciis repudiatis; quódque à Te, maximo Heroe, ultrò fuerit Invitatus, in quo *Polycratem* ſimul & *Hipparchum* rursùs inveniat.

Si Poetam, ex omni parte *Mavortium*, Tuo Nomini nunc offer-

offerrem; perindè esset, ac si de Rebus Bellicis *Phormio* coràm *Hannibale* tractaret. Rectiùs itaque, uti spero, *Lyricum* hunc Poetam, *Palladis*, *Pacisque* & *Musarum* Artibus devotum, Tuis Manibus commendo; cujus Virtute bellicâ *Gallicus* Gigas penitùs obtritus, & mox *Hispanicus Geryon* obterendus, proindéque Pax toti Mundo comparanda. Quin *Alexander* ille Magnus à bellicosissimi Poetæ *Homeri* Tubâ flagrantiùs ad *Martem* accendebatur; verùm ad illustrioris tuæ Virtutis exemplum, mollis hactenùs & effœminatus noster Poeta, omnem nunc induit *Enyalium*, & Totum hinc illi spirant Præcordia *Martem*. Lyræ tamen

men illecebras etiam *Achilli*, fortiſſimo Heroi, placuiſſe tradit *Homerus*: & ad *Anacreontis* Lyram, gravioribus nunc nervis auctam, Tua Geſta cantare, mox ad hujus Epiſtolæ finem, Nos ipſi aggredimur.

Tua Fortitudo Comitem *Talardum*, *Galliarum* Mareſchallum, Captivum in *Angliam* duxit, *Bavarúmque* Ducem ſuo Imperatori & Socero rebellem profligavit; undè uno demùm ictu *Romanum* Imperium ab imminenti Exitio redemiſti; *Britannias* noſtras Honore auxiſti & Triumphis; *Gallias* & *Hiſpanias* pariter concuſſiſti; *Hollandiam* & *Portugalliam* animâſti; totum denique terrarum Orbem Obſtupefeciſti ſimul & Obligâſti. Sere-

EPISTOLA

Sereniſſima noſtra & Invictiſſima Regina ANNA, Optima & Liberaliſſima Virtutis omnigenæ Arbitra, in Celſitudinem Tuam, ſuo licet fulmine & apparatu bellico inſtructam, infinita Præmia cumulavit; quòd illius Donis, proprio *Marte*, ſis uſus, & Milites ſuos Tuo Animo inſpiraveris. Tibi Prætor & Senatus *Londinenſis* ampliſſima dedit Obſervantiæ ſuæ indicia: Tibi Senatus *Anglicanus*, quòd Gentem noſtram *Gallis* & olim formidatam, nunc etiam in conſpectu bellicoſiſſimorum *Germaniæ* populorum, magis adhuc formidandam dederis; Veterúmque *Anglicorum* Regum ſuper iis triumphos in mentem revocaveris

ris, æternos honores Meritisque tuis dignos decrevit. Quare & Tibi quoque Magni Regis *EDVARDI* III. Principisque *Nigri* Historiographus, cum suo *Anacreonte*, se pariter totum dicat, consecratque; quùm ex animo fuerit

Celsitudinis Vestræ,

Virtutisque *Heroicæ*,

Devotissimus *Cultor* &

Humillimus *Cliens*,

Dat. ex Ædibus nostris Hemmingfordiæ-Abbat. *propè St.* Ivon. Huntingdonien. *Comitat.* Martii 26. 1705.

JOSUA BARNES.

ΕΠΙΝΙΚΙΟΝ,

ὑπὲρ τοῦ ἀνικήτου

ἡγεμόνος ΜΑΡΛΒΟΡΙΟΥ,

Τῶν τοὺς Βαβαρῶν τε καὶ Γαλατῶν τραπιὰς

Ἐν ἀρχοῖς Βλεναμείοις, πέρυσι νενικηκότος,

Ἀναχρεόντειον, ᾠδὴ Ἰησοῦ τοῦ Βαγνεσίου.

Ὅτ' Ἀναχρέων λυρῳδὸς
Μάλα καλὰ Μαρλβόροιο
Ἀφίκανεν ἐς μέλαθρα,
Ἀνέβωσεν θύθ' χαίρων·
Δότε μοὶ λύρην Ὁμήρου,
Ἅμα φοινίαισι χορδαῖς
Παφίης θ' ἥλυς ὀμφὴ
Ἐκὰς ἰσάτω μάλιστα·
Βρόμιός τε πυλυγηθὴς,
Φιλοπαίγμονές τε Βάκχαι.
Ἀπὸ τοῦδε γὼ χορόνοιο,
Πολεμοκλόνους κυδοιμοὺς,
Ἐναίμοχρόστον τε φλοῖσβον,
Προβέβλα καὶ τροπήρυν,

Διονυ-

EPINICIUM,

Super Invictissimo

Duce *MARLBORÆO*,

Qui *Bavarorum* & *Gallorum* Exercitus,

In Agris *Blenamæis*, anno præterito,

Profligavit; *Anacreonticum*, *Josuâ Barnes* Auctore.

LYricus Poeta *Teïus*,
Ut ad alta Tecta venit
Ducis ille *Marlboræi*,
Resonabat ore lætus;
"Date mî chelyn *Homeri*,
"Licet huic cruenta chorda;
"*Veneris*que mollis Echo
"Procul hinc facessat almæ:
"*Bromius*que perjocosus,
"Joculariæque *Bacchæ*.
"Quià namque tempore ex hoc
"Rapidos ego tumultus,
"Truculentiámque *Martis*,
"Animo magis petisso,

"*Diony-*

Διονυσίων τὲ κώμων,
Ἀφροδισίων τὲ Φίλτρων.
Ἀπὸ τῦδ' ἐφανδάνῃ μοὶ
Ἀλαλητὸς ἀνδροφόντης,
Γαλατῶν τε τῶν ἐς Ἴστρον
Στόνῳ αἰνὸς ἐμπεσόντων,
Βαβαρῶν τ' ἀποσάλπγντων
Σκέδασις, φυγή τ' ἀεικής.
Βλεναμιὶθ φορβῦμμ
Πεδίοιο πὰρ γεφύρας,
Ἵνα Φλανδείων φέρτοι,
Ἵνα τὲ τρόμοι Βρεττανῶν·
Ὁ μὲν Εὐγένης δαΐφρων,
Λοδοβίκῳ ἐκ Βαδῆνῳ,
Ὅ, τε Μαρλβόρειῳ Ἄγλων
Μεγαλητόρων Στράταρχῳ,
Πολέμῳ περιπλῶ ἔθηκαν
Χαμψεσάτῳ θύελλαν·
Ἀετοὶ ὧν κὴ Λέοντες
Βρεττανῶν τε, Φλανδείων τὲ,
Κατὰ Λειείων βοῶσι
Μάλα καλλίνικον αὐδήν·
Ἀνὰ δ' ἐξέφωσεν Ἀὴρ
Ὑπὸ πυρπνόων βελέμνων,
Στεροπήν τε κὴ κεραυνὸν
Στομάτοσφιν ἐξεμβάλλων·

Μετὰ

« *Dionysiisque* Thyrsis,
« *Amathusiisque* Curis.
« Et abhinc mihi placebit
« Homicîda clamor ille,
« Gemitusque *Gallicorum*
« Gravis incidentium *Istro*;
« *Bavarûm* rebelliúmque
« Fuga, dissipante *Marte*.
« *Blenameïas* feror nunc
« Acies per & Phalangas;
« Ubi *Flandrici* Dynastæ,
« Ubi Principes *Britanni*.
« Viden', *Eugenes* ut Heros,
« *Ludovicus* ut *Badenus*,
« Ut & ille *Marlboræus*,
« Acie decorus *Anglâ*,
« Triplicem necis dederunt
« Gravidam malis procellam!
« *Aquilæ* sed & *Leones*,
« *Alemannici*que & *Angli*,
« Mala *Liliis* minantur,
« Fremitu potentiori.
« Sed & ipse clamat Aër,
« *Reboante* Machinarum
« Strepitu, fragore magno,
« Nebulam ignis evomentûm:

Μετὰ μίγνυθ' ἡ κλαγγὴ
Τυπάνων τε βυρσονώτων,
Μελέων τε χαλκοφώνων,
Χρεμετισμάτων δέ θ' ἵππων,
Ἀνέρων τ' ἀποφθαρέντων,
Ἐπινίκιόν τε δρώντων.
Ὁ δ' Μαιλδόρειος ΑΝΝΗΣ
Βασιληΐδος στρατηγὸς,
Ἀνεμοτρόφῳ θυέλλῃ
Ἶσος ὤν, ἐμαίνετ' ἔγχει·
Παρὰ δ' αἰνετῶς ἔθυνον
Κεστερόφρονες Βρεττανοί.
Παρ' ὅτοισι δῖα Νίκη
Πολύχρυσα πῦλεν ὅπλα·
Στέφανον δ' ἄρηρε λαμπρὸν
Κεφαλῇφι Μαιλδορείῃ·
Πρὸ δὲ τοῖο δεῖν' ἔθυνον
Βλοσυρὼψ ὅμιλος Ἄρεως,
Φόβος αἰνὸς, ἠδὲ Δεῖμος,
Εἶδός τε βλέμμα λυγρόν·
Στυγερὸς γὰρ οἷος Ἀτὴρ,
Ἐν ὀπωπαῖσιν ὥραις,
Κακόν ἐστι σῆμα θνητοῖς·
Γαλάταισι τοῖος ἥρως
Πυρόεις' ἔλαμψε χαλκῷ,
Φοβερώτερος Δεΐμου.

Ὁ

" Quibus adde Tympanorum
" *Cybeleïum* tumultum,
" Querulam Tubæque vocem,
" Fremitum ſimúlque Equorum,
" Hominúmque decidentûm,
" Superantiúmque bello.
" Ibi *Marlboræus*, altæ
" Celerum Tribunus ANNÆ,
" *Aquiloniæ* procellæ
" Similis, furebat Enſe;
" Laterique perfurebant
" Animo bono *Britanni*:
" Propè quos decora *Nice*
" Quatiebat Arma pulchra,
" Capitíque *Marlboræo*
" Dabat inclytam coronam.
" Faciem ſed ante *Terror*,
" Metuendus & furebat,
" Genus acre *Martis*, *Horror*,
" Rabiémque *Rixa* Spargens.
" Rutilúmque quale ſydus,
" Ubi ſicca torret Æſtas,
" Mala fert, necémque Terris:
" Ità *Gallicis* micabat
" Metuendus *Anglus* heros,
" Magis horridus Dracone.

" Sed

Ὁ μέγας δ', ὁ κλεινὸς αὐτὸς,
Γαλαῖων τοῦμος Τάλαρδος,
Στεφανηφόροιο πίπλων
Παρὰ ποσὶ Μαρλβόροιο,
Ὄνομ' ΑΝΝΙΚΟΝ προλείνας,
Βίον εἵλεν ἀντὶ Νίκης·
Λεόπολδος αὐτοκάρτωρ,
Ὑπὸ Μαρλβόρῳ σαωθεὶς,
Κρατὸς ἀμφὶ πρὸ Βρεττανῶν·
Σκυθικὸς δ' ἄφαρ τύραννος
Ἀγαλαί τε χὴ τέθηπε,
Τὸν ὅλον παρόντα Κόσμον
Ὑπὸ χερσὶ τῆς ἀνάσσης
Καταχειρανεῖσθαι ΑΝΝΗΣ.

Οὐ πάντα μεμίμησιν αἱ τέχναι καλαὶ·
Ἦν μὴ λάβωσι Προστάτην φιλάγυρον.
Menander.

Sint Mœcenates, *non deerunt*, Flacce, Marones.

" Sed atrox, cruentus ille
" Comes atque Dux, *Talardus*,
" Redimita procidebat
" Statim ad ora *Marlboræa*,
" Per & alma nomina ANNÆ,
" Sibi repperit ſalutem.
" *Leopoldus* Imperator,
" Ducis arte liberatus,
" Populum fovet *Britannum*.
" *Scythicus* ſed ille *Turca*
" Metuit, ſtupétque frendens,
" Spatioſus omnis Orbis
" Manibus ſub *Anglicanæ*
" Quòd abhinc regatur ANNÆ.

Carmen Amat, Quiſquis Carmine digna gerit. Ovid.

Gaudes Carminibus? Carmina poſſumus Donare, & Pretium dicere Muneris. Horat. l. VI. §. VIII.

———*Mihi curta Rura, & Spiritum* Graiæ *tenuem Camœnæ*, Parca *non-mendax dedit, & malignum Spernere Vulgus*. Id. l. 2. §. 16.

ERRATA.

Ἐπινίκ. v. 10. lege φιλοπαίγμοσις. v. 13. lege φλοῖσ-βον. *Vita*, p. 1. §. v. lege *Natalitiis*. p. 2. §. xxvj. lege *Sexto*, cum literâ majuſculâ. p. 8. lin. 27. lege *Céo*. p. 43. l. 18. lege ἰμέ. p. 60. l. 5. lege ὦπε. p. 70. l. 18. dele 39. Προλεγόμ. 11. lege συμφώνως. *Not.* ad v. 34. ad *Ità mox* v. Numerus addatur, 204. Ad v. 96. Βρύοντας, quòd dico, Neminem ante me Lectionem hanc vidiſſe, indictum volo: Video enim à *Stanlæo* id factum. p. 24. l. ult. lege ἀγλαοί. p. 25. *Odæ* titulo, 7. *Not.* ad v. 138. lege ἐσί. *Not.* ad v. 144. lege *Od.* lx. & mox lege *Od.* l. lx. lxii. *&c.* p. 38. pro *Od.* ix. lege *Od.* xi. p. 41. lege 195. *Not.* ad v. 307. pro *Scholio* lege *Scolio*. p. 74. l. penult. lege 1013. V. 351. lege Ἀφροδίτᾳ. *Not.* ad v. 484. pro 1365. lege 1376. *Not.* ad v. 516. pro *Amicæ*, lege *Amice*? p. 123. lege κἀν & mox pro ὃν lege ὧν. V. 583. lege δονῶν). *Not.* ad v. 584. lege βοῶν.——*ſimul jungit*. *Not.* ad v. 596. lege *Plotio*. Ibid l. ult. lege *invitat*. Mox pro 1324. lege 1346. *Not.* ad v. 611. pro 764. lege 766. V. 771. p. 165. lege *interritum*. *Not.* l. antepenult. ante 784. lege *æquoreo*. *Not.* ad v. 788. lege ὑπερθε. *Not.* ad v. 834. l. ult. lege ἐπαφήπατο. *Not.* ad v. 920. lege, *ut legendum moneo*, ad v. 1252. *Not.* ad 942. l. 4. lege aut diſſimulavit. P. 216. l. ante 976. in *Not.* lege *emunctioris*. V. 988. lege ἐδηοίμην. *Not.* ad v. 1196. lege ἐχρήμαθ'. Iſtius *Notæ* l. ult. lege emendatum. V. 1155. loge κἠθελοπόρνοισιν. *Not.* ad v. 1163. lege χαλκῷ. V. 1183. Εὖ νῦν) Dr. R. B. εὖ νεν mavult, at εὖ δέχομαι, *Boni conſulo*, & εὖνις vix de *Deo* dici oſtendo ad *Sophocl.* Prælection. xl ix. p. 312. *Not.* ad v. 1254. lege *Chiliad.* viii. Ad v. 1286. lege Κἀναχρίοντ'. Ad v. 1314. l. ult. lege *Reliquiis*. Ad v. 1404. lege *Aoriſt. á Med.* Ad v. 1567. l. 4. lege Ὁ κόγχος, *hæc Concha*, ὁ κηρὸς, *hæc Cera* &c. V. 1647. lege πάσεις.

ANACREONTIS VITA.

ARGUMENTUM.

I. ANacreon Teïus, *ex* Teo, *Urbe* Ioniæ. II. Anacreontis *Parentes.* Suidas *arguitur.* III. Anacreontis *Nobilitas.* Plato *laudatus. Urbes aliquot* Ioniæ, Athenienſium *Coloniæ, quas inter* Teos. IV. *Multorum in* Chronologiâ *Allucinationes.* V. *Verum tempus* Anacreontis *Nataliis aſſignatum. Illius Indoles.* Ionia *pluribus magnis Ingeniis clara. Anacreontis* Nomen quid velit. *De* Anacreonte *Juvene &* Cleobulo *Infante, Hiſtoria.* VI. Cyri *Dux* Harpagus Teon *capit, Incolis aliò migrantibus.* Abdera *urbs* Thraciæ *ab iis occupantur.* Anacreontis *Studia. Illius ſuper Amicis, in bello cæſis,* Epicedia *aliquot.* VII. Polycratis, Samii *Tyranni, Character.* VIII. *Ejuſdem Genus & Affinitas cum* Amaſi, Ægyptiorum *Rege.* IX. Polycratis *Munificentia & erga Viros excellentes Liberalitas.* Democedes *Medicus.* Anacreon *utilis* Polycrati. X. *Quinque Talenta quare remiſerit* Anacreon. *Illa Actio contra Dominam* Dacier *defenſa.* XI. Polycratis *Pietas & Liberalitas.* Amaſis, *ejuſdem exemplo & gratiâ, Liberalis in* Græcos. Pythagoram *à* Polycrate *commendatum honorificè excipit.* XII. *Liber* Gallicus *præfert* Ariſtoteli Anacreontem. XIII. *Objectio* παιδερασίας. *De* Cleobulo *Carmen* Anacreontis Latinè *verſum.* XIV. *De* Smerdi *& illius cæſarie.* XV. *De* Bathyllo Samio. *Imaginis illius Deſcriptio à Poetâ, dein ab* Apuleio, *facta. Imago illius unà cum* Anacreontis *in Nummo.* XVI. De Megiſte *Adoleſcente.* XVII. *De* Sappho *Poetriâ, &*

quòd Anacreonti *sit* σύγχρονος, *etiam paulò junior. Sibi invicem noti, mutuò scripserunt.* XVIII. *De Eurytyle & quòd Uxorem serò duxerit.* Anacreon. XIX. *Objectio* παιδερασίας plenè diluitur. XX. *De* Platonico *Amore. De* Ptolemæo *Rege &* Galete *Puero formoso & perhumano. De Amicitiâ* Charitonis & Menalippi, *aliorúmque; item de sacro* Epaminondæ *Manipulo.* XXI. *Hujus Vitii Nemo Veterum* Anacreontem *taxavit, cùm alios tamen Poetas taxent. Contrarium ex ipso Poetâ evincitur.* XXII. *Ex Magnorum Virorum Testimonio. Quarè* Pindarus φιλόχρυσος & Euripides μισογύνης. *Formam non laudare, Cæci est, aut Invidi; eidem non succumbere, Probi Viri.* XXIII. Anacreontis *casta Omnia; quæque illi, præter hæc, in MSto* Vaticano *tribuuntur, pejoris esse Monetæ.* Anacreon σοφὸς *dictus à* Socrate σοφωτάτῳ. *Ab* Athenæo νήφων καὶ ἀγαθὸς, Sobrius & Probus: *quod ex pluribus ipsius Poetæ locis ostenditur.* XXIV. *Quare* Anacreon *se aliorum Genio accommodare visus.* XXV. Anacreontis *Castitas:* Maximi Tyrii *de eâ re Testimonium insigne;* Æliani *etiam &* Socratis; *qui suum de Voce* σοφὸς *sensum explicat.* XXVI. *Instantiæ aliquot Philosophici* Anacreontis *sensûs. Quare Artis* Amatoriæ *Inventor habitus & qualis ea Ars. Objectio è* Sexto Empirico *& Pindari* Scholiastâ. XXVII. *Gratus ille quidem in* Polycratem; *verùm omnia ejusmodi scripta deperdita. Magnis Negotiis par* Anacreon; Polycrati *etiam erat à Consiliis.* XXVIII. *De* Polycratis *Fortunâ; de Annulo ejusdem, exitúque tandem infelici.* XXIX. *De Annulo plura* XXX. Polycratis *filia Vindictam à* Dario *obtinet contrà* Orœten; *quam rem, cum* Polycratis *Tragœdiâ,* Anacreon *scripsisse probatur.* XXXI. Anacreon *ab* Hipparcho, Athenienſium *Tyranno, invitatur: ejusdem* Hipparchi *Laus & Character.* XXXII. Anacreontis *scripta quam plurima; quorum multa interciderunt, & quorum culpâ.* XXXIII. Byzantini *Patres malæ Fidei*

postulantur

poſtulantur propter hoc Veterum Poetarum excidium. XXXIV. Anacreon *apud Veteres & vivus & mortuus in magnâ ſemper habitus æſtimatione. Illius Imagines, & Nummi Varii. Pictorum & Poetarum figuratæ* Anacreontis *Deſcriptiones, Hominibus imperitis Erroris cauſa.* XXXV. *De Cane* Anacreontis *bella Hiſtoriola.* XXXVI. Anacreontis *Excellentia.* Stylus *plerumque* ſimplex, *aliquandò* ſublimis; *ſuavis etiam,* Suadæque *plena.* XXXVII. *Paucos ille Imitandos habuit, plures eoſdémque magnos Imitatores.* XXXVIII. Anacreontis *Laudatores aliquot Inſignes.* XXXIX. Anacreontem *Hymnos ſcripſiſſe in Deos ψεύδεται,* XL. *Quotò ætatis anno, quâque* Olympiade, *quoque Mortis genere, extinctus* Anacreon. *Ejuſdem Tumulus in* Teo, *& Epicedia.*

ANACREONTIS VITA

I. ANacreon, poeta Lyricus, ex *Teo* erat oriundus, quæ Urbs & Portus *Ioniæ*, in orâ Litorali, inter *Erythras* ad *Boream* & *Colophonem* ad *Auſtrum*; de quâ *Stephanus* περὶ πόλεων, Τέως, πόλις Ἰωνίας· ἔστι δὲ μέση Ἰωνίας, ὡς Ἡρόδοτος ἐν πρώτῃ. Et *Plinius* l. v. c. 31. "Clara verò "in alto *Teos* cum oppido, à *Chio* LXXXI. millia paſ"ſuum, tantundem ab *Erythris*. *Strabo* denique, fol. 644. Τέως ἐπὶ χερρονήσῳ ἵδρυται, λιμένα ἔχουσα· ἔστιν δὲ ἐνταῦθα Ἀνακρέων ὁ μελοποιός. Non deſunt, qui illi *Teïum* aſſignant, *Paphlagoniæ* urbem, in orâ maris *Euxini*, de quâ *Porphyrion* in *Horatium*, Teïon, "inquit, urbem in *Paphlagonia* eſſe *Salluſtius* "indicat, quùm de ſinu *Pontico* loquitur. Verùm, qui hinc oriundum aſſerunt *Anacreontem* noſtrum, vocum ſimilitudine ſunt deceptι; quòd *Anacreonta Teïum* vocatum audiverint: ſi enim Urbem illius Patriam Τήϊον agnoſcamus, Τήϊακὸς ipſe omninò dicendus foret, quæ Vox *Gentilis* iſtius loci, minimè

autem Τήϊον. Quin Veterum ferè omnium concors Opinio, certè ſaniorum, ἐν Τέῳ Ἀνακρέοντα γεγενῆσθαι, cujus Ἐθνικὸν, Τήϊος, per Διάλυσιν, Τήϊος & *Ionicè* Τήϊος.

II. Illius quidem Parentes certò nominare, in tam multiplici Auctorum diſcordíque Varietate, id utique non leve negotium videtur; præſertim poſt tantum Temporis intervallum, poſt tot etiam ſcriptorum ad hanc rem pertinentium naufragia; quos inter, *Chamæleon Heracleotes*, *Ponticus*, qui datâ operâ de *Anacreonte* ſcripſit, non parùm nobis deplorandus. Sunt igitur, qui *Anacreontem Scythini* filium vocant; nec deſunt, qui *Eumeli*; patrem hi *Parthenium*, illi *Ariſtocritum* aſſignant. Ità certè *Suidas*, Ἀνακρέων, Τήϊος, Λυρικός. Σκυθίνου υἱός· οἱ δὲ, Εὐμήλου· οἱ δὲ, Παρθενίου· οἱ δὲ Ἀριστοκρίτου ἐδόξασαν. At Ἡρωελεγεῖον, de Novem Lyricis *Græcis*, *Parthenium* patrem, matrem *Eëtiam* aſtruit,

Παρθενίοιο πατρὸς λιγυρὸς παῖς, Ἠϊόνης τε,
Ἦν ἄρα μελπόμενον Τήϊον Ἀνακρεόντα.
Parthenio *genitore ſatus Puer* Eetiâque
Magnus Anacréon Teïus *eſt Lyricus*

Qui *Scythinum* patrem ponunt, veteri Hiſtoriâ nixi videntur; inter enim Antiquiores memoratur *Scythinus* quidam, *Teïus* homo, poeta Iambographus, cujus meminit *Stephanus* περὶ πόλεων, v. Τέως· Ἀφ' οὗ Πρωταγόρας Τήϊος, καὶ Σκυθῖνος Ἰάμβων ποιητὴς, Τήϊος. *Diogenes* etiam *Laertius* in *Heraclito*, ex *Hieronymo*, dicit Σκυθῖνον, τὸν τῶν Ἰάμβων ποιητὴν, *Heraclitii* obſcurum librum Verſibus clariorem reddidiſſe. Meminit & *Athenæus Scythini* cujuſdam *Teii* Hiſtoriographi, ex cujus Hiſtoriâ hæc verba laudantur, fol. 461. Ἡρακλῆς λαβὼν Εὔρυτον ἐκ υἱὸν ἔκτεινε, φόβῳ πεῖσαντας παρ' Εὐβοέων Κυλικρήνας ἐξεπόρθησε λιζομένους, καὶ αὐτόθι πόλιν ἐδείματο Ἡράκλειαν, τὴν Τραχινίαν καλουμένην. In *Stobæi* etiam *Phyſicis*, l. 1. c. xi. fol. 21. laudatur alius ejuſdem *Scythini* liber, περὶ Φύσεως. Talem ſanè Virum non immeritò quis *Anacreontis* patrem fuiſſe credi-

crediderit; nec enim *Natura* minùs ad ποίησιν Poetam constituendum, quàm *Ars*, conferre putatur,

Τέχνη Τύχην ἴσχει, κὴ Τύχη Τέχνην,
Se mutuò Fortuna *&* Ars *coadjuvant.*

De *Aristocrito* quoque legimus, quòd Doctus homo fuerit, & Vir verè sui nominis, qui Commentario suo, De *Mileto*, innotuit, ex quo opere Undecima *Parthenii* Ἐρωτικῶν Historia desumitur; quique à *Plinio* non simplici vice laudatur, nec non ab *Apollonii Rhodii* Scholiastâ. De *Eumelo* illo, & *Parthenio*, non ità multa restant dicenda, præsertim ob Historiæ illorum temporum defectum, gravémque, quam in *Teiorum* illius ætatis migratione contigisse credibile est, ἀπαξίαν. *Anacreontis* enim primis temporibus, ut §. VI. mox plenius ostensuri sumus, *Teii*, urbe propriâ relictâ, ad *Abdera* se contulerunt, *Persarum* imperium minimè ferentes. Quare caveat Lector, nè *Suidæ* nimiùm in hâc parte tribuat, qui migrationem hanc ad *Histiæi Milesii* rebellionem refert, dicens, Ἐκπεσὼν ὁ Τέως, ἀφ' ὧν τῷ Ἱστιαίῳ ἐπανέστησαν, ᾤκησεν Ἄβδηρα. Infrà enim, quæ diximus, ex *Herodoto* & *Strabone* confirmabimus; nè dicam, res *Histiæi* sub *Dario* contigisse (has autem sub *Cyro*) neque ad *Teon*, sed *Miletum*, pertinuisse.

III. Hoc certè constat, *Anacreontis* familiam, Nobilitate, Virtute & Divitiis, illustrem & Nobilissimæ omnium apud ipsos *Athenienses* Familiæ proximè conjunctam, *Codridarum* scilicet, hoc est *Codri* Regis filiorum & nepotum; undè & *Soloni* cognatus Poeta noster: *Solonis* enim Pater *Execestides* à *Codro* oriundus erat, & Mater, ipsius *Pisistrati* matris consobrina, ut *Plutarchus* ex *Heraclide Pontico*, & *Meursius* in *Solone*. Ipse quidem *Socrates* apud *Platonem* fol. 465. in Dialogo, cui titulus *Charmides*, sive de Temperantia, his verbis *Charmidem* alloquitur, Καὶ γὰρ, ἦν δ' ἐγὼ, ἐγὼ, ὦ δίκαιον, ὦ Χαρμίδη, ἀμφίεσθαι σὲ τῶν ἄλλων, πᾶσι τοῖς τοιούτοις· Οὐ γὰρ οἶμαι, ἄλλον ἀδύνατον τῶν ἐνθάδε ῥᾳδίως ἂν ἔχειν ἐπιδεῖξαι, πλὴν δύο οἰκίας σωιλ-

θῆσαι εἰς ταὐτὸν τ' Ἀθηναίων, οὐ τ' εἰκότων, καλλίω ἂν καὶ ἀμείνω γυναῖκα, ἢ ἐξ ὧν συλλέγεις· ἥ τε γὰρ πατρῴα ὑμῖν οἰκία ἡ Κριτίου καὶ Δρωπίδου καὶ τοῦ Ἀνακρέοντος, καὶ τοῦ Σόλωνος, καὶ τῶν ἄλλων πολλῶν ποιητῶν ἐγκεκωμιασμένη, παραδέδοται ἡμῖν, ὡς διαφέρουσα κάλλει τε καὶ ἀρετῇ, καὶ τῇ ἄλλῃ λεγομένῃ εὐδαιμονίᾳ· καὶ αὖ ἡ τῆσδε μητρὸς οἰκία τούτου. Πυριλάμπους γὰρ τοῦδε, οὗ γὰρ θείου, ἐδεῖς τ' ἂν τῇ ἠπείρῳ λέγεται καλλίων καὶ μείζων ἀνὴρ δόξαι εἶναι, ὁσάκις εἰσεῖσι, ἢ παρὰ μέγαν βασιλέα, ἢ παρά ἄλλον τινὰ τ' ἐν τῇ ἠπείρῳ πρεσβεύων ἀφίκοιτο. σύμπασα γὰρ αὕτη ἡ οἰκία ἐδόκει τῆς ἑτέρας οἰκίας διαφέρειν. "Etenim, ego dixi, Consentaneum est, "ὦ *Charmida*, in his omnibus te *cæteris* præstare: "Nec enim opinor, alium aliquem nostrûm facilè "posse ostendere, quæ duæ [*Athenienſium*] Familiæ "in unum coalitæ, quantum conjicere possimus, "Pulchriorem & Meliorem produxerint, quàm ex "quibus Tu natus fueris. Paterna enim vobis Domus, "unà cum *Critiâ*, ex *Dropidâ*, & ab *Anacreonte*, & à "*Solone*, & aliis plurimis Poetis celebrata nobis com-"mendatur, ut excellens Formâque & Virtute, & si-"quid aliud Beatum vocamus. Idem de Materno "genere dicendum, Nemo enim *Pyrilampe* illo, A-"vunculo tuo, in omni continente Pulchrior aut Major "visus esse dicitur, quoties ille vel ad magnum Re-"gem, vel ad alium in Continente Dominantium "Legationem obiret. Quin tota hæc [Materna] "Domus nequaquam inferior est alterâ [Patris.] Hæc sunt ipsa *Platonis* verba, quæ ex *Socratis* ore prolata refert. Iis quidem videtur aliqua subesse Obscuritas, nisi dextrè capiantur. Suspicetur enim hìc aliquis, Nihil aliud dici, Quàm Familiam hanc ab *Anacreonte* & *Solone*, aliisque Poetis celebrari. At hanc non esse mentem loci, ex hoc colligitur, quòd *Dropidas* ille sit *Solonis* Frater, quare minimè dicendum, Illius familiam à *Solone* celebratam, qui licet Poeta esset, fuit & suæ Domûs Coryphæus; de quo *Meursius* in singulari libro, cui nomen *Solon.* Dominæ

minæ igitur *Dacier* interpretatio, nec enim Verſio dicenda, loco hoc admitti debere videtur, *Car ou trouvera t' on deux Maiſons de l' Alliance, de quelles on puiſſe attendre une Race plus belle & plus vertueuſe? Du côte de vôtre Pere, vous deſcendez, avec* Critias, *de l' Ancienne famille de* Dropidas, *d'* Anacreon *& de* Solon, *qui s' eſt toûjours diſtingué des autres par ſa Beauté, par ſa Vertu, & par ſes Richeſſes. Et du côte de vôtre Mere, vous n' êtes pas d' une Maiſon moins illuſtre* &c. Ex hoc itaque loco, *Anacreontem* claris fuiſſe Natalibus apparet; quùm ipſe *Socrates* cognatum illum *Solonis*, *Dropidæ* & *Critiæ* affirmet. Neque eſt, quòd tanti Viri, in rebus patriis auctoritatem refugiamus, cujus etiam in externis admittere ſolemus; quandoquidem *Neleus*, *Codri* Regis *Athenienſium* filius, quùm Imperium fratri ſeniori *Medonti* cederet, magnam *Athenienſium* Coloniam in *Ioniam* duxerit, teſte *Æliano*, *Pauſaniáque* & aliis, quandò ab ipſo, & fratribus junioribus, Urbes *Ionicæ* maritimæ, ad *Cariam* & *Lydiam* olim pertinentes, occupabantur. *Neleus* quidem ipſe *Miletum* Coloniâ auxit; *Androclus*, illius frater, *Epheſum* & *Samon*; *Cyaretus*, *Myunta*; *Andræmon*, *Lebedum*; *Cleopus*, *Erythras*; *Promethus* & *Damaſichthon*, *Ionum* Reges facti; at *Apœcus*, *Melanthi* abnepos, *Teon* ſuis replevit; quibus mox *Apœci* Avunculi, *Damaſus* & *Naochus*, *Codri* Regis filii, acceſſêre, cum magnâ *Atticorum* manu. *Thucydides* l. 1. fol. 8. §. 12. Ἴωνας μὲν Ἀθηναῖοι καὶ νησιωτῶν τὰς πολλὰς ᾤκισαν. Tredecim verò Civitates omninò erant *Athenienſium* Coloniis auctæ, ut notamus ad *Euripidis* Iona v. 74. Et *Thucydidis* Scholiaſta, ad l. 7. §. 57. fol. 447. Οὗτοι πάντες Ἀθηναίων ἄποικοι ἦσαν, Ἐρετριεῖς, Χαλκιδεῖς, Στυρεῖς, Καρύστιοι, Κεῖοι, Ἄνδριοι, Τήϊοι, Μιλήσιοι, Σάμιοι, Χῖοι, κ. λ. Vid. *Pauſan.* l. 7. c. 2. & *Ælian.* Var. Hiſt. l. 8. c. 5. qui tamen Duodecim tantùm urbes notat.

IV. *Anacreontis* tempora dum certiùs aſſignare aggre-

aggredior, non poſſum *Chronologorum* priorum incogitantiam, aut ἀναχρονολογίαν, non perſtringere; qui ab *Athenæo*, *Suidâ* & *Græcis* Grammaticis minorum gentium decepti, Veterum Authorum ætates & tempora temerè nimis digeſſerunt, undè tanta oritur Varietas, Diſcrepantia, Obſcuritas, Contradictio. *Cicero*, in ipſo *Tuſculanarum* Quæſtionum initio, ponit *Archilochum* Poetam ad *Romuli* tempora, juxtà *Olympiadem* IX. quem *Helvicus* ad XV. ſtatuit; quùm rectiùs ille ad *Olympiadem* XXIII. referatur, ut *Tatianus*, quandò *Lydiæ* Rex *Gyges* floruit, *Myrſili*, ſive *Candaulæ*, ſucceſſor; nam & ipſe in *Iambis* ſuis ejuſdem *Gygæ* meminit, ut oſtendimus ad v. 241. Et hoc novit *Herodotus*, quem tamen *Helvicus* in partes ſuas malè traxit, l. 1. c. 12. Καὶ μὴν τοῦτόν, ἀναπαυομένῳ Κανδαύλεω, ὑπεισδύς τις κτείνας αὐτὸν, ἔσχε καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὴν βασιληίην Γύγης· ᾧ δὲ Ἀρχίλοχος ὁ Παρίος, καὶ τὰ αὐτὸν χρόνον γενόμενος, ἐν Ἰάμβῳ τετρυμέτρῳ ἐπεμνήσθη. *Archilochum* autem ad *Olympiadem* XXIX. uſque duraviſſe conſtat, quandò ſtrenuè pugnantem inducit *Herodotus*, quod etiam in *Simonide* rectè colligit *Nicolaus Lloydius*. Et à *Proclo* ſanè, *Archilochus* & *Simonides* ſimul ponuntur: Verùm ad *Procli* diſtinctionem non ità multi ſatis attenderunt, qui apertè illum *Simonidem*, *Amorginum* vocat, ſive *Samium*, atque proindè nimis temerè de *Simonide Téo* hoc illi affirmârunt. Ità certè *Proclus*, Ἰάμβων δὲ ποιηταὶ, Ἀρχίλοχος ὁ Παρίος, Ἀλκαῖος, καὶ Σιμωνίδης ὁ Ἀμοργῖνος, ἢ ὡς ἔνιοι, Σάμιος.

Apuleius in Floridis *Polycletum* Statuarium ad *Alexandri* M. Tempora ponit; cùm tamen *Socratem* illi notum & familiarem *Xenophon*, Mirabil. l. 1. fol. 573. & *Plato* quoque memorat, quorum uterque Senes, cùm Juvenis eſſet *Ariſtoteles*, ejuſdem Tutor *Alexandri*. *Thucydides* de falſis & incertis Narrationibus multa queritur in *Hipparchi* Hiſtorâ, cùm ipſe contrà *Platonem*, *Xenophontem*, *Herodotum*, &,

ut

ut puto, ipſam Veritatem, aſſerat, *Hipparchum* fuiſſe juniorem *Piſiſtrati* filium, *Hippiámque* ſeniorem & Tyrannum; cui tamen in hâc re *Johannes Meurſius* contrarium probat, ut & *Polyæno*, aliiſque ab eodem deceptis, in *Piſiſtrato* c. XI. *Plutarchus* in Vitâ *Solonis* de Chronologorum incertis rationibus queritur, quorum nonnulli *Solonem Cræſo* minimè viſum aut auditum contendunt; quod tamen *Herodotus* affirmat, & reverà facilè fieri potuit; quùm nec ipſe *Thales*, ſeptem illorum ſapientûm σοφιστῶν, niſi ſub ultimis *Cræſi* temporibus fatis conceſſerit, nempè Olympiade LVIII. Idem *Plutarchus*, in *Themiſtoclis* Vitâ, nec ipſi *Thucydidi*, nec *Chronologicis* Tabulis, fidem vult habere, dicitque illas non adamuſſim factas, nec tam indubitatæ certitudinis, ut putentur inconcuſſis & immotis niti fundamentis. Idem in *Camilli* Vitâ, ubi de tempore, quo *Româ* fuerit à *Brenno* capta, quamquam ipſe ſatis accuratè poſuerit ad annum U. C. 360. aut eò circitèr, addit, "*ſi modò ſit veriſimile, juſtam illorum temporum rationem conſervari*; quandò tanta ſit confuſio & controverſia in rebus multò recentioribus. *Anacreontis* autem Nativitas, ante Urbem Captam 200. fermè annis contigiſſe conſtat, ut mox probabimus. *Sulpitius Severus*, gravis & pius Author, ſub ipſo ferè SS. Hiſtoriæ initio, de incertis temporum rationibus & primævæ Antiquitatis inveſtigandæ difficultate Lectorem præmonendum duxit. *Jacobus* denique *Perizonius* perverſam quorundam *Chronologiam* taxat, ad *Ælianum*, Var. Hiſtor. l. 2. c. 21. §. 2. fol. 233. Quare Lectoris candorem obteſtor, ſiquis invito mihi obrepat error, dum tam diù ſepultam Hiſtoriam reſuſcitare conor.

V. Natus igitur, ut mihi accuratiſſimas rationes ineunti videtur, *Anacreon* juxtà *Olympiadis* LV. Annum ſecundum; quo ferè tempore *Cyrus* ille Magnus Regnare cœpit, de cujus acto cum magnâ gloriâ per XXX Annos imperio, *Herodotus*, *Xenophon*, *Diodorus*

dorus Siculus, Juſtinúſque Hiſtoricus. Hic erat Annus *Halyattæ Lydorum* Regis LVI. *Romæ* U.C. CXCIV. Captivitatis *Judaicæ* XLII. quo tempore *Piſiſtratus Athenas* rexit, *Solone* ultrò ſolum vertente. De hujus *Anacreontis* Indole, mox dicemus: de Formâ, licet ex * *Nummis* & *Imaginibus* ejuſdem, hodienum extantibus, conjecturam facere, quòd Vultûs erat amabilis, cui cum ſummâ Elegantiâ Gravitas decora commixta inerat, unáque cum ſinceriſſimo Candore hilaris & grata Vivacitas. Illo tempore *Artes Ingenuæ*, Linguæque *Græcæ* Elegantia, *Philoſophia*, *Hiſtoria*, *Poeticéſque* Gloria, non minùs ab *Aſiaticis* populis præſertim *Ionibus*, colebantur, quàm in ipsâ *Græciæ* Academiâ, quàm in ipſis *Athenis*. Hoc faciliè confirmari poteſt ex paucorum enumeratione, qui hâc ætate & eo circitèr inſignes præ cæteris floruerunt; quales *Alcman* poeta *Lydus*, *Alcæus*, & *Sappho* poetria, ex *Leſbo* & *Mitylene*, *Pittacus* item *Mitylenæus*, *Cleobulus Lindius*, *Thales Mileſius*, *Bias Prienenſis*, *Pythagoras Samius*, *Anaxagoras Clazomenius*, *Teïúſque* noſter *Anacreon*, nequid de *Herodoto Halicarnaſſenſi* (qui ultimis ferè *Anacreontis* temporibus natus eſt, nempè *Olympiadis* LXXIV. Anno *Secundo*) & aliis dicamus.

Nomen autem ipſum *Anacreon*, prædictæ illius Nobilitatis δηλωτικὸν & futuræ etiam Indolis προφητικόν. Ducitur enim à Κρέω, *Impero*; undè Κρέων & Κρέουσα, Propria Nomina; & *Homerus*, Iliad. β. v. 100. ——ἀνὰ ὃ κρείων Ἀγαμεμνων Ἕξη σκῆπτρον ἔχων, quaſi Nomen & Fatum ipſius noſtri *Anacreontis* prædixiſſet. inter enim Lyricos Poetas Ἀνακρεὼν σκῆπτρον ἔχει, & veluti Rex, aut Imperator, eſt ſemper habitus.

Cùm valdè juvenis eſſet *Anacreon*, aliquandò fortè ſe contulit ad *Mycalen*, juxtà *Trogyllium*, ubi-

* Vid. infrà ad §. XXXIV.

locus

locus ſacer dictus *Panionium*; quòd eò loci & temporis magnus eſſet Conventus ex omnibus *Ioniæ* urbibus & generalis *Neptuno Heliconio* ſolemnitas. Illo tempore, quid fecerit *Anacreon*, narrat *Maximus Tyrius* his verbis, c. XI. p. 116. Ἐν τῇ τῶν Ἰώνων ἀγορᾷ, ἐν Πανιωνίῳ, ἐκόμιζε πηδὴ βρέφος· ὁ δὲ Ἀνακρέων βαδίζων, μεθύων, ἐστεφανωμένος, ᾄδων, σφαλλόμενος ἀπήντησε τῷ πηδῇ σὺν τῷ βρέφει, καί τι πρὸς τὸ παιδίον ἀπέρριψε βλάσφημον ἔπος. Ἡ δὲ γυνὴ ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐχαλέπηνε τῷ Ἀνακρέοντι· ἐπηύξατο δὲ τὸν αὐτὸν τοῦτον ὑβριστὴν ἄνθρωπον, τοσαῦτα καὶ ἔτι μᾶλλον ἐπαινέσαι ποτὲ τὸ παιδίον, ὅσα νῦν ἐπηράσατο. Τελεῖ ταῦτα ὁ θεός· τὸ γὰρ παιδίον ἐκεῖνο δὴ αὐξηθὲν γίνεται Κλεόβουλος, ὁ ὡραιότατος καὶ ἀντὶ μικρᾶς ἀρᾶς ἔδωκεν ὁ Ἀνακρέων Κλεοβούλῳ δίκην, δι' ἐπαίνων πολλῶν. *Nutrix quædam in* Panionio, *quod* Ionum *generale Forum eſt, Infantem geſtabat.* Anacreon *fortè incedens, ebrius, coronâ redimitus, cantillans, vacillans, Nutricem unà cum Infante protrudit & convitium quoddam in Puerum jecit. At Mulier nihil quidem aliud Anacreonti irata eſt; comprecatur tantùm. Hunc ipſum petulantem hominem, tantoperè & etiam magis aliquandò laudare hunc Infantulum, quantoperè nunc Maledixerit. Effectum votis dat Deus. Hic enim ipſe Infans adultior factus Cleobulus ille pulcherrimus evadit: Et pro exiguo Convitio,* Anacreon Cleobulo *plurimis tandem encomiis ſatisfecit.* De hâc Hiſtoriâ Nos infrà ad §. XXIII.

VI. Juxta Annum Tertium *Olympiadis* LIX. *Harpagus Cyri* Dux, in *Aſiâ* inferiori univerſos *Æolidis* & *Ioniæ* populos bello aggreditur, ipſo intereà *Cyro*, in *Aſiâ* ſuperiori, contrà *Cræſum Halyattæ* filium, & *Babylonios*, occupato. Et ex omnibus iis *Ioniæ* populis, *Mileſii* ſoli ſe ſervos *Cyro* tradiderunt; cæteri omnes ad reſiſtendum ſe ſtrenuè parabant. Illos quidem *Bias Prienenſis* anteà monuiſſe dicitur, Ut univerſi in Inſulam *Sardiniam* navigarent: *Thales Mileſius*, ut ſuo loco manerent; tantùm ſibi *Teium*

um Urbem, Communem facerent omnibus Curiam; quòd *Teos* eſſet in ipſo *Ioniæ* meditullio. At quùm horum Conſiliorum neutrum placuiſſet, ſoli *Miloſii*, ut diximus, *Harpago* ſubmiſerunt, exceptis *Phocæenſibus* & *Teiis*; quorum *Phocæenſes*, nè expectato hoſte, relictâ, ut *Horatius* Epod. §. 16. cum Diris & Execrationibus ſuâ Patriâ, *Phocæâ*, ſub *Proto* Duce aliò migrantes, *Maſſiliam* tandem non procul à *Rhodani* oſtiis condiderunt. Nam *Protus*, à *Nanno*, Rege loci, humanitèr exceptus, in convivio quodam ſolenni, electus erat à *Cryptide*, Regis filiâ, in maritum, ut inter alios *Seldenus* noſter in Notis ad *Draytonis* Polyolbion, §. x. fol. 168. *&c.* At *Teii*, quibus Claſſis erat non contemnenda, adventum quidem *Harpagi* expectabant, nec niſi edito priùs Virtutis & Virium experimento, recedere volebant. Quùm verò nè tunc ſibi *Athenienſes* ſubſidio venire, nec *Ionas* alios, cernerent; neque per ſe ampliùs ſuffecturos ſe cognoſcerent, conſilio habito, res ſuas omnes, liberóſque & uxores in Claſſim devehunt; quúmque jam *Harpagus* per aggeres cepiſſet illorum muros, conſcenſis ipſi Navibus in *Thraciam* rectà contenderunt; nondum enim *Perſis* erant Navigia, necdum illi affinitatem cum *Phœnicibus* inierant, ut *Herodotus* ait l. 1. c. 143. Τοῖσι δὲ αὐτέων νησιώτῃσι ἦν δεινὸν ἐδέν. ἔτι γὰρ Φοίνικες ἦσαν κω Περσέων κατήκοοι, ἔτι αὐτοὶ οἱ Πέρσαι ναυβάται. Et ad *Thraciam* appulſi, urbem ſtatim ſibi paratam repererunt *Abdera*, quam ante illorum adventum condiderat quidam *Temeſius Clazomenius* (ut *Herodotus* ibid. c. 168.) nec ullum inde ſibi fructum ceperat, verùm à *Thracibus* pulſus, pòſt à *Teiis* pro Heroe habitus, unà cum * *Abderâ Diomedis Thracii* Regis ſorore. Et hujus *Teiorum* Coloniæ meminit *Strabo*, l. XIII.

---

* *Jacob. Gronovius* Theſaur. *Græc.* Antiq. 1 Vol. Qqq. *Abdera.*

fol.

fol. 644. Καὶ ἡ Τέως δὴ ἐπὶ χερρονήσῳ ἵδρυται, λιμένα ἔχουσα· ἔνθεν ὁλ' ἐστὶν Ἀνακρέων ὁ μελοποιὸς, ἀφ' ἧς Τήιοι τὴν πόλιν ἐκλιπόντες, εἰς Ἄβδηρα ἀπῴκησαν, Θρᾳκίαν πόλιν, ἣ φέρηται τὴν τῶν Περσῶν ὕβριν· ἀφ' ἧς ἐστὶ τοῦτ' εἰρημένον, Ἄβδηρα καλὴ Τηίων ἀποικία. Ad hanc itaque Coloniam pertinebat *Anacreon*, qui cum totâ ſuâ Familiâ *Muſas* omnes, *Gratiáſque* & *Veneres* in *Thraciam* tranſportavit, jam valdè juvenis, annorum fermè XVIII. at Ingenio maturus; quod lene ſemper fuit & juvenile: erat enim *Amori* atque *Hilaritati* ex ipsâ Naturâ totus comparatus. Vix novam hanc urbem *Teii* ſibi vendicantes auſpicatiùs occupârant; quùm à *Thracibus* vicinis bello impetuntur. At tum ſanè, *Teii*, ſuos hoſtes cædendo, ſéque ſtrenuè defendendo, ſedem illam pleniùs in perpetuum ſibi confirmârunt. In hoc verò agendo & ipſi *Teii* Cives nonnullos fortiſſimos, pro Patriâ hâc novâ pugnantes, amiſerunt; inter quos *Timocritum*, *Agathonem* & *Ariſtocliden*, junctiſſimo ſibi omnes Amicitiæ vinculo connexos Juvenes, *Anacreon* celebravit, Carminibus etiamnum ſupermanentibus: De iis enim agunt Epigrammata, *Primum*, *Secundum*, *Decimumtertium*. Hæc Victoria novis Colonis non levem Virtutis famam conquiſivit, illóſque bellicoſis *Thracum* gentibus multò magis conciliavit; undè Pax iis in poſterùm longa & ſtabilis. Hujus itaque Pacis beneficio *Anacreon* fruitur; & jam hinc videtur liberiùs ſuo Genio litare, *Muſiſque* ſimul & *Amoribus* vacare. Inter alia, *Oden* LXI. de *Threſſâ* quâdam Puellâ ſcripſit, ſtylo tam blando, eleganti, dulci, ſimplicique; ut brevi illius Nomen ad *Athenas*, retróque in *Ioniam*, pérque omnem *Græciam* & *Aſiam* deferretur.

VII. Ante omnes, *Polycrates*, *Sami* Tyrannus, flagranti illius famâ excitatus, invitavit illum ad ſe, conditionibus verè Regiis, miſſis ad eum finem Literis, non ſine muneribus & deductoribus. Illius Characteris *Anacreon* non erat inſcius; *Polycratis* e-

nim Fama jam longè latéque pervagata; quòd & Fortunâ & Potentiâ conſpicuus eſſet, adeò ut Maris tenuerit Imperium, teſte *Strabone*, * Ἦν δ' ὁ μὲν τύχῃ καὶ δυνάμει λαμπρὸς, ὥστε καὶ θαλαττοκρατῆσαι. Et illius Magnificentiam ità *Herodotus* brevitèr deſcribit, † "Quòd neque Qui *Syracuſis* Tyrannidem "exercuerint, neque ullus aliorum *Græciæ* Tyranno"rum dignus eſt cum *Polycrate* comparari. De quo quidem nobis plura dicenda, ut pateat, *Polycrati* plus profuiſſe ad Nominis Immortalitatem, φιλομαθίαν illam & φιλομουσίαν, Liberalitatémque, quâ *Anacreontem* amplexus eſt, quàm illud Τυραννικὸν φρόνημα & πλοῦτος βάρος, cum hujus Poetæ Gratiâ Nos in illius Hiſtoriâ deſudemus; quanquam & illius quoque causâ nonnihil *Polycrati* ipſi debeatur, Principi nempè ditiſſimo, amœniſſimo, delicatiſſimo; cui neque ad Voluptatem quicquam defuit, neque ad Gratiam, neque ad bonam integrámque Valetudinem. Nam & rebus & negotiis quæſtuoſiſſimis & Amicis jucundiſſimis, quantum libuit, & abundavit, & illis omnibus aptiſſimè ad ſalutem corporis uſus eſt & Amicorum beneficium, populique *Samii* utilitatem & Urbis Templorumque elegantiam. Illius denique, ut brevitèr totum explicem, omne Inſtitutum, Voluntatémque omnem ſucceſſus felix eſt conſecutus, ad ipſum uſque Vitæ exitum.

VIII. *Polycrates* erat filius *Æacæ*, qui † *Samiorum* Rempublicam ante eum laudabilitèr adminiſtraverat, liberos tamen ſuos ſub privatâ conditione reliquit omnes: At cùm *Polycrates* eorum natu maximus, Vir eſſet generoſæ admodùm indolis, re-

---

* l. XIII. fol. 637. † l. 3. c. 125. Ὅτι μὴ οἱ Συρακοσίων γενόμενοι Τύραννοι, οὐδὲ εἷς ἄλλων Ἑλληνικῶν τυράννων ἄξιός ἐστι Πολυκράτεϊ μεγαλοπρεπείῃ συμβληθῆναι.

† Lil. Gyrald. in *Ibyci* Vitâ.

rúmque

rúmque & divitiarum abundantiâ, ſiquis alius, mirificè florens, omnibus erat beneficus; & ſiquis * *Samiorum* aut Nuptias celebraret, aut Apparatu lautiore Amicos eſſet accepturus, *Stragulis* pretioſis, Veſtibúſque polymitis, Poculíſque auri & argenti illum ſuppeditavit, nullo pignore accepto. Quare brevi tempore *Samiorum* Principatum, quorum pars major ſummo illum amore ſemper proſecuta eſt, obtinuit. Et primò quidem Regnum ſuum trifariàm diviſit, Duobus ſuis fratribus, *Pantagnoto* & *Syloſonte* in conſortium ſibi aſſumptis. Mox *Pantagnoto* occiſo & juniore *Syloſonte* in exilium miſſo, ſolus ipſe omnem *Samum* occupavit & quaſcumque *Samus* habuit ditiones ſibi ſubjectas. Ità certè † *Herodotus*, Καὶ τὰ μέ, πρῶτα τριχῆ διασάμενος τὴν πόλιν, τοῖσι ἀδελφεοῖσι Πανταγνώτῳ καὶ Συλοσῶντι ἔνειμε. Μίαν δὲ τὰ μὲν αὐτέων ἀπηκτείνατο, τὰ δὲ τελευτέρῳ Συλοσῶντα ἐξελάσας, ἔσχε πᾶσαν τὴν Σάμον. Quinimò ‡ cum *A-*

---

* *Athenæ.* l. XII. c. 109. fol. 540. Περὶ δὲ Πυθαγορίου, καὶ Σαμιακὸν διάσημον θρώμενος Πολυκράτεια καὶ πανήγυρις, ἐπέτρεπε χρῆσθαι τοῖς ἐθέλουσι, καὶ μείζονας ὑποδοχὰς ποιεῖσθαι.

† L. 3. c. 39.

‡ *Herodot.* ibid. Ἔσχον δὲ ξεινίην Ἀμάσιος τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέος ξωσθήκατο, πέμπων τε δῶρα, καὶ δεκόμενος ἄλλα παρ' ἐκείνου· ἐν χρόνῳ δὲ ὀλίγῳ αὐτίκα δὴ Πολυκράτεος τὰ πρήγματα αὔξετο, ὥστε ἦν βεβωμένα καὶ κατὰ τὴν Ἰωνίην καὶ τὸν ἄλλον Ἕλλαδα. ὅκου γὰρ ἐβούλετο στρατεύεσθαι, πάντα οἱ ἐχώρεε εὐτυχέως· ἔκτητο δὲ πεντηκοντόρους τε ἑκατὸν, καὶ χιλίους τοξότας· ἔφερε δὲ καὶ ἦγε πάντας, διαφθείρων καὶ κτείνα. τῷ γὰρ φίλῳ ἔφη χαριεῖσθαι μᾶλλον, ἀποδιδοὺς τὰ ἔλαβε, ἢ ἀρχήν, μηδὲ λαβών· Συχνὰς μὲν δὴ τῶν νήσων εἵρηκε, πολλὰ δὲ τῆς ἠπείρου ἄστεα· ἐν δὴ, καὶ Λεσβίους, πανστρατιῇ βοηθέοντας Μιλησίοισι, ναυμαχίῃ κρατήσας εἶλε· οἳ τὸν τάφρον περὶ τὸ τεῖχος τὸ ἐν Σάμῳ πᾶσαν δεδρυμένοι ὤρυξαν.

masi, *Ægyptiorum* Rege, fœdus percussit, multáque ad illum Munera misit, nec pauca ab illo recepit. "Brevi itaque tempore statim res *Polycratis* adau- "gebantur, & jam per *Ioniam* reliquámque *Graci-* "*am* omnium erant in ore. Quacunque enim bel- "lum inferre placuerat, omnia illi felicitèr cede- "bant. Nam centum habuit magna Navigia Quin- "quaginta remis acta & mille Arquites. Quosvis "autem populabatur, nullo facto discrimine. Dix- "erat enim se magis Amico gratificaturum, si quæ "abstulisset, rursum daret; quàm si ab initio nihil ab- "stulisset. Multas itaque hic Insulas cepit, multás- "que in ipso Continente urbes, *Lesbiósque* impri- "mis, quos cum omnibus copiis opem *Milesiis* fe- "rentes, prælio vicit, cepitque. Illi totam illam "circa *Sami* muros ductam fossam vincti foderunt.

IX. Præ cæteris verò sui temporis mortalibus, *Polycrates* erat Ingenio valdè magnifico, eleganti & perpolito; Literásque & Literatos homines impensè fovebat & quicquid ullibi rarum, aut charum, aut utile haberetur, id sibi confestim deferri curabat. *Clitus* certè *Aristotelicus* in suis de *Mileto* commentariis, refert, * "*Polycratem Samium* Tyran- "num, præ Elegantiæ studio, quod optimum in "suo genere, id undiquaque conquisivisse; Canes "nempè ex *Epiro*, Capras è *Scyro*, Oves è *Mileto*,

---

* *Athenæ.* l. XII. c. 19. fol. 540. Κλείτος δ' ὁ Ἀριστοτελικὸς ἐν τῇ περὶ Μιλήτου, Πολυκράτη φησὶ τὸ Σάμιον τύραννον, ὑπὸ τρυφῆς πᾶν ἄγχοθεν σωμάμιν. Κύνας μὲν ἐξ ἠπείρου, αἶγας δ' ἐκ Σκύρου, ὄϊς δ' ἐκ Μιλήτου, ποίμνας, ὃς δ' ἐκ Σικελίας. Ἄλεξις δ' ἐν τρίτῳ Σαμίων, ἐκ πολλῶν πόλεων, φησὶ, κοσμηθῆναι τὸν Σάμον ὑπὸ τοῦ Πολυκράτους, κύνας μὲν Μολοττικὰς καὶ Λακαίνας εἰσαγαγόντα, αἶγας δ' ἐκ Σκύρου καὶ Νάξου, ποίμνας δ' ἐκ Μιλήτου καὶ τῆς Ἀττικῆς. μεπεστάλθαι δ', φησὶ, καὶ ἀγγείας ἐπὶ μισθοῖς μεγάλοις.

"Sues

"Sues è *Siciliâ*." At *Alexis* de rebus *Samiis, Samum* "ait ex plurium Civitatum ornamentis à *Polycrate* "fuiſſe condecoratum; qui Canes quidem *Moloſſi-* "*cos* & *Laconicos* collegit, Capras è *Scyro* & *Naxo*, "*oves* è *Mileto* & *Atticâ*. Invitabat præterea Artifices "excellentiores ampliſſimâ mercede.

Inter alios omne genus, memorandus eſt nobis Scientiæ paulò liberioris Artifex *Democedes*, *Calliphontis* f. *Crotonienſis*, Medico-Chirurgus, & in Arte ſuâ peritiſſimus. Hic * intolerandam Patris ſui ſeveritatem fugiens, *Æginam* venit, ubi moratus annum principes Medicos longè ſuperavit, licet nec ſatis inſtructus Neceſſariis, aut Inſtrumentis, quæ in hâc Arte verſantur. Illum itaque ſecundo anno *Æginetæ* publicè conduxerunt † Talenti pretio. Tertio anno *Athenienſes* ‡ Centum minis, Quarto *Polycrates* Talentis, ¶ duobus; ut *Herodotus* l. 3. c. 131. Τῷ πρώτῳ ἔτεϊ ὑπερεβάλετο τὺς πρώτους ἰητρεύοντας, ἀσκελέας ἂν ἐών, καὶ ἔχων οὐδὲν τῶν, ὅσα περὶ τὸ τέχνημα ἐστὶν ἐργαλήϊα· καί μιν δεύτερῳ ἔτεϊ πολλόντων Ἀθηναίων δημοσίῃ μισθοῦνται τρίτῳ δὲ ἔτεϊ Ἀθηναῖοι ἑκατὸν μνέων· τετάρτῳ δὲ ἔτεϊ Πολυκράτης δυοῖν τάλαντοιν.

Præterea *Polycrates* noſter, *Athenienſium* & *Piſiſtratidarum* erat æmulus; nam ut illi in ſuâ urbe *Olympio Jovi* Templum extruxerant, Gymnaſiúmque in *Lycéo*, & Διονυσιακὰ, Παναθηναϊκὰ & μικρὰ Ὀλύμπια celebrârunt, ità ille in *Samo*, minora inſtituit Certamina; quomodò aliquot pòſt annis (*a*) *Ar-*

---

* *Herodot.* l. 3. c. 125. Δημοκήδεα τὸν Καλλιφῶντος, Κροτωνιάτην, ἄνδρα ἰητρὸν τὰ ἐς τέχνην ἐπασκέοντα ἄριστα τῶν κατ' ἑωυτόν.

† 180 *l.* —— 10 *s.* —— 0.
‡ 312 *l.* —— 10 *s.* —— 0. } Noſtræ Monetæ.
¶ 361 *l.* —— 00 —— 0.

(*a*) Scholiaſt. *Demoſthenes*, in § Παραπρεσβείας, Τὰ Ὀλύμπια ἦγε πρῶτος Ἀρχέλαος ἐν Δίῳ ὁ Μακε-

chelaus, Macedonum Rex, *Euripidis* Amicus in *Dio* fecerit. Erat etiam *Polycrates* diligens in re Librariâ procurandâ, Codicibúſque plurimis, melioris Notæ compilandis, adeò ut omnibus ferè φιλοβίβλοις ab *Athenæo* (*a*) præferatur. Ἦν ὃ κὴ βιβλίων κτῆσις αὐτῷ δοχαίων Ἑλλήνικῶν τε τοσαύτη, ὡς ὑπερβάλλειν πάντας ἐπὶ βιβλίων συναγωγῇ πεφιλημασμένους, Πολυκράτη τε τὸν Σάμιον, κὴ Πεισίστρατον τὸν Ἀθηναίων τυραννήσαντα, Εὐκλείδην τε τὸν ἐξ αὐτῶν Ἀθηναῖον, κὴ Νικοκράτη τὸν Κύπριον, ἔτι τε τοὺς Περγάμου βασιλέας, Εὐριπίδην τε τὸν ποιητὴν, Ἀριστοτέλη τε τὸν φιλόσοφον, κὴ τὰ τούτου διαφερήσαντα βιβλία Νηλέα. Huic igitur tam ſagaci Principi, neminem Poetarum iſtius temporis placuiſſe legimus, excepto *Anacreonte*; qui ſolus illi viſus ſufficere, ob magni & elegantis Ingenii excellentiam. Et de illius ergà Auctorem noſtrum ſtudio hæc (*b*) *Ælianus*, Πολυκράτης ὁ Σάμιος, [πολὺς] ἐν Μούσαις ἦν, κὴ Ἀνακρέοντα ἐτίμα τὸν Τήϊον, ἐξ ἀδῆς σπουδῆς ἦγε, κὴ ἔχαιρεν αὐτῷ κὴ τοῖς ἐκείνου μέλεσιν, κὴ (*c*) ἀπήλαυσεν αὐτοῦ. "*Polycrates Samius* ad Literas humaniores valdè animum ap"plicuit & *Anacreontem Teium* in honore habuit & "favore proſecutus eſt & delectabatur tum ipſo, "tum ipſius *Cantilenis*; & ab eo haud parùm ad"jutus eſt. Siquidem, ut teſtatur (*d*) *Maximus Tyrius*, Ἀνακρέων Σαμίοις Πολυκράτει ἠμίεσται, κρεάσας τῇ τυραννίδι ἔρωτα Σμερδίου, κὴ Κλεοβούλης κόμην, κὴ αὐλὸς Βαθύλλου, ἐξ ᾠδὴν Ἰωνικήν. "*Anacreon Samiis* "Manſuetiorem paulò *Polycratem* reddidit, ejuſ"que *Tyrannicum* Faſtum, *Smerdiæ* amore, & *Cleo-*

δοκίας κατέδειξεν. Vid. *Euripid.* Vitâ §. xxx. Edit. *Cantabrig.* 1694.

(*a*) L. 1. c. 2, fol. 3.

(*b*) Var. Hiſtor. l. xi. c. xv.

(*c*) *Id.* l. xii. c. xxv.

(*d*) §. xxi. p. 218. Edit. *Daviſian.*

"*Duli*

"*buli* comâ, Tibiiſque *Bathylli*, & *Ionicis* cantilenis "temperavit.

X. Talem itaque tantúmque quùm *Anacreon* noviſſet *Polycratem* eſſe, ſine morâ, relictis *Abderis*, ad *Samum* navigavit; ubi ſummo honore, favoréque exceptus eſt à Principe Literarum-amantiſſimo. Statim ferè poſt illius adventum, *Polycrates* hoſpitem ſuum ingenioſiſſium "* *Quinque Auri ta-* "*lentis* donandum cenſuit; undè confit *Anglicanæ* noſtræ Monetæ, *Nongentæ duæ Libræ, cum Decem ſolidis*. Quod munus verè Regium, quùm ille per "duas noctes nimiis curis aut metu diſtineretur, "continuò remiſit, hoc ſimul uſus Apophthegmate, "*Non ea, ſollicitudinis, quam creant, æſtimanda.* "De quâ re poſteà poſtulatus à *Polycrate*, reſpon- "dit, *Odi Donum illud, Noctes quod ducere cogit In-* "*ſomnes*. Dna. *Dacier* miratur, Hominem tali origine ortum, & Principibus viris familiarem, hâc Summulâ conſternatum; quod μικροψυχίας cujuſdam argumentum illi videtur. Verùm illa nè cogitavit quidem, Imperatorem ipſum *Romanum* † *Sigiſmundum*, ſummâ Quadraginta mille Aureorum acceptâ, inſomnem permanſiſſe, donec divisâ inter Duces & Amicos omni pecuniâ, meliùs demùm quievit. Neque Domina *Dacier* benè meminit, *Anacreontem* jam procul à ſuis in *Samo* degere, ubi Rex ipſe illius erat Poſſeſſio; nec tutum, aut prudens illi viſum eſſe, Majoribus Donis inhiare. Quare hoc

---

* Ἀνακρέων δωρεὰν παρὰ Πολυκράτους λαβὼν, πέντε τάλαντα, ὡς ἐφρόντισεν ἐπ' αὐτοῖς δυοῖν νυκτοῖν, ἀπέδωκεν αὐτὰ, εἰπὼν, Οὐ πρωΐας αὐτὰ τῆς ἐπ' αὐτοῖς φροντίδος. *Stobæ.* fol. 508. lin. 20. Item fol. 511. Μισῶ δωρεὰν, ἥτις ἀναγκάζει ἀγρυπνεῖν. Vid. *Arſenii* Collectan. *Græc.*

† *Æn. Sylv.* & ex eo *Chriſtiani Matthiæ* Theatr. p. 1001.

facto

facto ſuæ paritèr ſaluti conſuluit, Invidiæque penitùs os obſtruxit, *Polycratique* oſtendit, ſe φιλοβασιλέα, non φιλοκερδέα eſſe. Nè dicam, *Præſtantioribus ingeniis, Pecunias ſemper parvi æſtimatas.* Nec docta Fœmina tale quid in *Aſpaſia* Hiſtoriâ obſervârat, * Ἐπῄνεσε μὲν ἡ Ἀσπασία τὰ δῶρα· ἃ μὲν ἔφατο αὐτῶν δεῖσθαι. καὶ χρήματα ἦκεν αὐτῇ μὴ δώρων πάμπολλα· ἀπέστειλε δὲ Κύρῳ, εἰποῦσα, Πολλὰς ἀνθρώποις τρέφοντί σοι γένοιτο ἂν ταῦτα λυσιτελῆ· ἐμοὶ δὲ σὺ ἀρκεῖς φιλέρμῳ καὶ κόσμῳ μοι εἶναι. "*Aſpaſia* "quidem munera collaudavit, at ſe minimè iis dixit "indigere. Et quandò plurima, *ille* cum Donis pe- "cunias miſit, remiſit utique Cyro, Tibi inquiens, "hæc ſanè uſui ſunt futura, qui hominum famulitia "alis; at mihi tu ſufficis Amator etiam ornamenti "loco. *Henricus Stephanus*, ſaniori judicio, de hoc *Anacreontis* facto, ait, "Sæpè miratus ſum, & alios mul- "tos mecum admiratos puto, quod de eo memoriæ "proditum eſt, eum Quinque Talentis à *Polycrate* "donatum, quùm jam per duas noctes de iis ſollici- "tus fuiſſet, reddidiſſe, *Se minime ſollicitudine digna* "*ea judicare*, dicentem. Adeò magnos ſpiritus ge- "rebat & magnificè de ſe ſentiebat Poeta, ut nè Pe- "cuniis quidem ſuccumbere vellet. Addo ego, "Sapi- "entèr itaque *Anacreon* oſtendere voluit, † Quòd "*omnis ſapiens ſit Dives*, nec Auro egeat; undè La- "trocinia, Homicidia & Spoliationes oriuntur. "Quantò melius eſſet hodiè *Eccleſiæ*, *Curiæ*, *Foro*, "*Campo*, *Academiæ*, ſi plures hujuſmodi *Anacreon-* "*tas* haberent, qui Argenti, & Auri ſtudio tranſ- "verſim rapi indignarentur; Deóque potiùs, & Re- "ginæ Optimæ, Literíſque & Legibus, inſervire

---

* *Ælian.* Var. Hiſtor. l. XII. c. 1.

† Vid. *Ciceronis* παραδόξα, Ὅτι μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος.

vellent,

"vellent, quàm Avaritiæ, omnium malorum radici "& fonti?

XI. Et credibile eſt, Divinum Poetam non modò *Exemplo* hoc ſuo, verùm etiam *Scripto* quodam venuſto, Vanitatem illorum perſtrinxiſſe, *Qui opibus undique conquirendis ſe fatigant, & in corradendis anxiè nummulis ſolliciti ſunt*; ut eâdem operâ, velut aliud agendo, Regii ſui Patroni animum ab inexplebili illo Pecuniarum deſiderio, quo tan lem *ineſcatus periit, retraheret. Et hujus Argumenti ſunt *Odæ* XV. & XXIII. Nec effectu carebat, in viro ſagaciſſimo, ſalutare hoc & prudens Philoſophi Poetæ conſilium. Juxta enim hoc tempus Princeps pius, in *Apollinis* honorem, cujus Vetus fuiſſe Templum in *Samo*, notamus ad v. 469. *Delo* inſulæ dedit *Rhenæa* perpetuum jus & Patronatum. Eſt autem *Rhenea*, Maris *Ægæi* Inſula, inter *Ceon*, *Simonidis* Patriam, & *Delon* ipſum ſita; quam Appendicem nunc *Delo* fecit *Polycrates*, teſte *Theocriti* ‡ Scholiaſtâ. Cujus Inſulæ mentionem facit *Homerus* in Hymno *Apollinis*,

Νάξῳ τ', ἠδὲ Πάρῳ, Ῥήνειά τε πετρήεσσα,

Naxúſque, *atque* Paros, Rhenæáque *rupibus aucta*. Et in illâ *Feles* nunquam reperiri tradit *Antigonus Caryſtius*, Hiſtor. Mirabil. c. XI. Ἐν Ἀσυπαλαίᾳ Ὄφεις ὐ γίνονται, ὐδὲ ἐν Ἰθάκῃ λάγως· ὐδ' ἐν Λιβύῃ Ὑς ἀγρία, ὐδ' ἐν Ῥηναίᾳ, τῇ πρὸς Δήλῳ, Γαλῆ. Præterea *Junonis Samiæ* & *Apollinis Samii* Templa multis & pretioſis Donariis ornavit, *Amaſinque Ægypti* Regem habuit Devotionis ſuæ Socium & Conſortem. *Amaſis* enim *Polycratis* erat Amicus & fœdere junctus, illiúſque gratiâ Donaria

---

* Ἰμείρετο δ' χρημάτων μεγάλως. *Herodot.* l. 1. c. 123.

‡ Τὸν δ' Ῥήναιαν πρόσοψε τῇ Δήλῳ Πολυκράτης ὁ Σαμίων βασιλεύς. Ad illud, Idyll. 17. v. 70. Ἴσον δ' Ῥήναιαν ἄνακτι φίλασεν Ἀπόλλων non

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

non pauca misit in *Graciam*. Ità enim † *Herodotus*, Ἀνέθηκε δὲ καὶ ἀναθήματα ὁ Ἄμασις, πέμψας εἰς τὴν Ἑλλάδα· τοῦτο μὲν εἰς Κυρήνην ἄγαλμα ἐπίχρυσον Ἀθηναίης, καὶ εἰκόνα ἑωυτοῦ γραφὴν εἰκασμένην· τοῦτο δὲ τῇ ἐν Λίνδῳ Ἀθηναίῃ δύο τε ἀγάλματα λίθινα, καὶ θώρηκα λίνεον, ἀξιοθήτητον· τοῦτο δέ, ἐς Σάμον, τῇ Ἥρῃ, εἰκόνας ἑωυτοῦ διφασίας ξυλίνας· αἳ ἐν τῷ νηῷ μεγάλῳ ἱδρύατο ἔτι καὶ τὸ μέχρις ἡμεῦ, ὄπισθε τῶν θυρέων. ἐς μὲν νυν Σάμον ἀνέθηκε κατὰ ξεινίην τὴν ἑωυτοῦ τε καὶ Πολυκράτεος τοῦ Αἰάκεος.

Pythagoras Samius, cùm Regem suum *Polycratem* videret, tantâ apud *Amasin*, *Ægyptiorum* Regem, auctoritate valere, Rogavit *Polycratem*, ut Literas suas dirigeret ad eundem *Amasin*, Amicum & Hospitem suum, quò nempè daret ei potestatem, *Ægyptiorum* sacerdotum Mysteria accedere, & eorundem Eruditionis participare; quod & factum est, ut ostendit, ex *Antiphonte*, *Porphyrius* in Vitâ *Pythagoræ* Philosophi, Ἀντιφῶν δὲ ἐν τῷ περὶ τοῦ βίου τοῦ ἐκείνου πραγματευόμενος, καὶ τὴν παρασκευὴν αὐτοῦ (Πυθαγόρου) τὴν ἐν Αἰγύπτῳ διηγούμενος λέγων, τὸν Πυθαγόραν ἀποδεξάμενον τοὺς Αἰγυπτίων ἱερέων τὴν ἀγωγὴν, σπουδάσαντά τε, μεθέξειν παάσης, ἐπηλθεν Πολυκράτης ὁ Τυράννος, γράψας πρὸς Ἄμασιν τὸν βασιλέα τοῦ Αἰγύπτιον φίλον ὄντα καὶ ξένον, ἵνα κοινωνήσῃ τοῦ τε προειρημένου παιδείας· Ἀφικόμενον δὲ πρὸς Ἄμασιν, λαβεῖν χάριν παρὰ τοὺς ἱερέας.

XII. Quòd verò Divinum hominem & Philosophum *Anacreontem* modò vocârim; quùm tota illi *Poesis*, ex confesso, juxtà * *Ciceronem* sit Amatoria, & in Symposiis & Comessationibus, ut plurimùm versetur; nequis id à me gratis dictum putet, audiamus aliorum Voces, colligamus suffragia, testium auctoritatem consideremus. Et primò Liber *Gal-*

† l. 2. c. 182.
* *Tusculan.* l. 4. §. 33.

licus

licus ſe offert, cui Titulus *Novi Dialogi Mortuorum*, in quo *Ariſtoteles* & *Anacreon* hoc modo confabulantur in Campis *Elyſiis*. 1 Tom. Dialog. IV.

Ariſt. Egone unquam ut credam, Verſificatorem "ullum auſum eſſe, ſe conferre cum Philoſopho "mei Nominis & Famæ?

Anacr. "Tu quidem nomen Philoſophi ſatis altè "deprædicas: Aſt ego cum meis Verſificationibus "nihilominùs obtinui, *Sapiens* Anacreon vocari. Et "mihi videtur, quòd *Philoſophi* titulus minimè æ-"quipolleat illi *Sapientis*.

Ariſt. "Illi, qui hanc tibi Qualitatem donârunt, "non ſatis adverterunt, quid dicerent. Quid enim, "quæſo, feciſti unquam, aut dixiſti, quo illam me-"reres?

Anacr. "Nihil quidem aliud ego me feciſſe fate-"or, quàm *Potare*, *Canere*, & *Amoribus* vacare; "miraríſque hoc pretio mihi *Sapientis* nomen dona-"tum; quùm tibi vix tandem illud *Philoſophi* con-"ceſſerint, quod tamen nec ſine laboribus infinitis "conquiſiviſti. Quantum enim nocturnarum lucu-"brationum permenſus es, ut ſpinoſas *Dialectica* "quæſtiones diſſolveres? Quantum item Volumi-"num corpus compaginâſti, de rebus obſcuris; quæ "nec tu quidem ipſe forſan ſatis intellexeris?

Ariſt. "Tu ſcilicet Methodum cepiſti commodi-"orem, quâ ad *Sapientiam* pervenires. Nec ullam "puto Machinam reperiri poſſe magis idoneam, ad "Gloriam acquirendam, quàm *Cithara* illa tua & "*Cyathus*. Quùm magni homines pluribus ſuis "Vigiliis & Studiis minimè ſint eam conſecuti.

Anacr. "Tu quidem Jocari præ te fers: Aſt ego "hoc in me recipio, Quòd magis fuerit Difficile, "*Potare* & *Canere*, quemadmodum ego, *Canebam*, "atque *Potabam*, quàm *Philoſophari*, quomodò tu "*Philoſophatus* es. Ità enim *Canere* atque *Potare*, "id demùm neceſſe erat, ſiquis meo more hæc fa-"cere velit, ut omnibus violentis Paſſionibus ſit il-

lius

"lius Anima libera; nè quærat ampliùs, quod in "nobis non ſit ſitum; at ſemper ſit paratus, ità "Tempus perpetuò accipere, ſicut venerit, *&c.*

XIII. At *Anacreonti* ~~παιδερασίας~~ dicam nonnulli impingunt; & Amaſios ejuſdem non paucos proferunt, de quibus aliquid hìc dicendum. De *Cleobulo* primùm videamus, quem fatalem *Anacreonti* Amicum * modò oſtendimus ex *Maximo Tyrio*; qui tamen Vir gravis *Anacreontis* acerrimus propugnator, ut infrà † probamus. *Angelus* ‡ *Politianus* ad hanc Hiſtoriam alludit, excepto, quòd *Bathyllum* ille pro *Cleobulo* ſatis incogitantèr dixerit,

Cleobulus.

Nam modo Threïcii *crinem miraris Ephebi,*
Nunc Samium *celebras, jubet* Adraſtæa, Bathyllum.

Et de hoc *Cleobulo* ſupereſt etiamnum integrum *Odarion*, viz. XCIII. v. 1172. quod hic *Latinis* ſuis numeris juvat donare,

O Rex, cuncta domans Amor,
Cui Nymphæ Oceanitides,
Purpureo & Venus *ore,*
(Auro tempora cui nitent)
Colludunt: Colis & nimis
Altûm culmina Montium;
Te quæſo, Bonus ômihi
Adſis, votáque inaudias,
Quæ gratiſſima fundo.
Conſultor bonus inſupèr
Cleobulo *fieri velis:*
Novi namque, Amor ut meus
Jam nunc ſit tibi gratus.

Siquis ex hâc Odâ conjecturam facere velit, nihil aliud, niſi probum, caſtum, &, ut hodie vulgò voca-

---

* §. v. † §. XIX. *&c.*
‡ Nutritiâ v. 585.

mus,

mus, *Platonicum* amorem exhinc colligendum putes, amorem nempè Homini Deóque approbandum; de quo *Plato*, *Xenophon*, *Maximus Tyrius*, *Apuleius*, *Hierocles*, *Famianus Strada*, *Johannes Picus Mirandula* & Nos alicubi in Notis ad *Euripidem* & *Anacreontem* diximus & infrà etiam in hâc * *Vitâ* dicemus.

Smerdias.

XIV. De *Smerdiâ* accepimus, quòd is *Thrax* esset ortu, ex Regio genere, Formæ certè illius liberalis, quam *Euripides* vocat εἶδος ἄξιον τυραννίδος, atque idcircò captus à quibusdam *Græcis*, dono cesserit *Polycrati*. Ità quidem *Maximus Tyrius*, §. x. Σμερδίης Θρᾴξ, ἀλλὰ τῶν Ἑλλήνων, καλλὺς μειρακίου βασιλικοῦ, ὀφθῆναι χαῦρον, κομίσθη δῶρον τυράννῳ Ἴωνι, Πολυκράτει τῷ Σαμίῳ· ὁ δὲ ἤσθη δώρῳ, καὶ ἐρᾷ Πολυκράτης Σμερδίου καὶ αὐτῷ σπουδαῖος ὁ Τήϊος ποιητὴς Ἀνακρέων. Ἐ Σμερδίης παρὰ μὲν Πολυκράτους ἔλαβε χρυσὸν καὶ ἄργυρον, καὶ ὅσα εἰκὸς μειράκιον καλὸν παρὰ τυράννου ἐρῶντος· παρὰ δὲ Ἀνακρέοντος, ᾠδὰς καὶ ἐπαίνους, Ἐ ὅτε εἰκὸς ἦν παρὰ ποιητοῦ ἐρασθῆ. Et visus est *Polycrates* aliquandò hujus Pueri causâ Zelotypiâ quâdam hujus sui Rivalis ingeniosissimi corrcptus fuisse, ut *Ælianus* refert, *Var. Histor.* l. IX. C. IV. Ἀνακρέων ἐπήνεσε Σμερδίου θερμότερον, τὰ παιδικὰ Πολυκράτους. εἶπε δὲ ἤσθη τὸ μειράκιον τῷ ἐπαίνῳ, Ἐ τὸ Ἀνακρέοντι ἡσπάζετο εὖ μάλα σεμνῶς ἐρῶντι τῆς ψυχῆς, ἀλλ' οὐ τοῦ σώματος· μὴ γάρ τις ἡμῖν ἀμβαλλέτω πρὸς θεῶν τὸ ποιητῇ τὸ Τήϊον, μηδ' ἀκόλαστον εἶναι λεγέτω· Ἐζηλοτύπησε δὲ Πολυκράτης, ὅτι τὸ Σμερδίῃ ἐτίμησε, καὶ ἐώρα τὸ ποιητὴν ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἀντιφιλούμενον· Ἐ ἀπέκειρε τὸ παῖδα ὁ Πολυκράτης, σκιῖνον μὲν αἰχύνων, ὀιόμενος δὲ (Ἐ) λυπεῖν Ἀνακρέοντα. ὁ δὲ ὡς θεασόμενος αἰπόλῳ τὸν Πολυκράτην, σωφρόνως καὶ ἐγκρατῶς. μετήγαγε δὲ τὸ ἔγκλημα ἐπὶ τὸ μειράκιον, ὧν οἷς ἐπικαλεῖ τόλμαν αὐτῷ καὶ ἀμαθίαν, ὑβρισταμένῳ

* §. XIX &c.

κατὰ τ ἑαυτῦ περιχῶν· τὸ ᾆσμα τὸ ἐπὶ τῷ πάθει τ κόμης Ἀνακρέων ᾄσατο. Rem tangit *Stobæus* ex *Phavorino*, Πρὸς ταῦτα γελοῖος ἂν φανείη ὁ Ἀνακρέων καὶ μικρολόγος, τῷ παιδὶ μεμφόμενος, ὅτι τ κόμης ἀπεκείρατο, λέγων ταῦτα, Ἀπέκειρας δ' ἀπαλῆς κόμης ἄμωμον ἄνθος. Vid. ad v. 1223. Item *Antipater Sidonius*, infrà ad v. 1554. Ἡ κόμη Θρηϊκὸς Σμερδίεω πλόκαμος. *Angelus* quoque *Politianus*, ut ſuprà, §. XIII.

Nam modò Threïcii *crinem miraris Ephebi.*

Hanc denique rem tangit, * *Athæneus*, qui eodem tempore *Polycratis* moderationem laudat, Ἐκ πάντων ἂν τούτων ἄξιον θαυμάζειν τ τύραννον, ὅτι ἐδαμόθη ἀναλίσκεται γυναῖκας, ἢ παῖδας μετεπιμψάμενος, καί τοι καθὰ τὰς τ ἀρρένων ὁμιλίας ἐπτοημένος, ὡς καὶ ἀντερᾷν Ἀνακρέοντι τῷ ποιητῇ, ὅτι ἐ δι' ὀργὴν ἀπέκειρε τ ἐράμενον.

XV. Erat etiam Adoleſcens *Samius*, nomine *Bathyllus*, Amaſius *Polycratis*, necnon *Anacreonti* in deliciis; ut putârit aliquis, ex Poematiis illius conjecturam faciens; nam & *Odæ* IX. XII. XVII. XXII. XXIX. illius omnes mentionem faciunt, ut illorum temporum maximè formoſi Puſionis; quod ipſe diſertis verbis affirmat, *viz.* v. 139. *&c.*

Bathyllus.

Anacreon *ſuum me*
Remiſit ad Bathyllum,
Bathyllum, *ubique formâ*
Qui regnat, imperatque.

Illius denique formam per partes graphicè deſcribit, totâ illâ *Odâ* XXIX, à v. 425. Ejuſdem verò ſtatuam *Apuleius Madaurenſis*, quam in *Junonis Samiæ* Templo ipſe viderat, his verbis deſcribit, *Floridorum* l. I. "Vel indè ante Aram, *Bathylli* ſtatua, à *Polycrate* "tyranno dicata; quâ nihil videor effectius cog- "noviſſe. Quidam *Pythagoræ* illam falsò exi- "ſtimant. Adoleſcens eſt viſendâ pulcritudine, Cri-

* fol. 540 "nibus

"nibus fronte parili ſeparatu per Malas revulſis. "Ponè autem Coma prolixior interlucentem Cervi- "cem ſcapalarum finibus obumbrat. Cervix ſucci "plena; Malæ uberes; Genæ teretes; ac modico Men- "to Facies. Eíque prorſus Citharœdicus ſtatus, Deam "conſpiciens, Canenti ſimilis. Tunicâ picturis variega- "tam deorſus ad pedes dejectus ipſos, *Gracanico* Cin- "gulo. Chlamyda velat utrumque Brachium aduſque "articulos Palmarum. Cætera decoris Hiſtrici "dependent. Cithara baltheo cœlato apta ſtrictim "ſuſtinetur. Manus ejus teneræ, procerula Læva, "diſtantibus Digitis, nervos molitur; Dextra pſal- "lentis geſtu ſuo pulſabulum Citharæ admovet, "ceu parata percutere. Cùm Vox in Cantico inter- "quievit, interim Canticum videtur ore tereti, ſe- "mihiantibus in conatu Labellis, eliquare. Ve- "rùm hæc quidem ſtatua eſto cujuſpiam Puberum, "quem *Polycrati* tyranno dilectus *Anacreon Teius*, "Amicitiæ gratiâ, cantillat.

Quin *Bathylli* hujus Imaginem, unà cum *Anacreontis*, adhucdum viſendam, in *Fulvii Urſini* Nomiſmate æreo exhiberi, probat *Johannes Faber Bambergenſis*, ut mox videbimus, §. XXXIV.

Huc omninò *Horatii* Teſtimonium attexendum, quod ille quidem ex vulgi famâ traditum avidiùs accepit, in ſui Amoris honeſtamentum, *Epod.* §. XIV.

Non alitèr Samio dicunt arſiſſe Bathyllo
Anacreonta Teium:
Qui perſæpè cavâ teſtudine flevit amorem,
Non elaboratum ad pedem.

XVI. Eſt & alius *Anacreonti* imputatus Amaſius, cui nomen *Megiſtes*, de quo *Leonidas Megiſtes.* Tarentinus infrà ad v. 1583. Μέλπει δ' ἠὲ Βάθυλλον ἐφίμερον, ἠὲ Μεγίστην. Item *Antipater Sidonius*, v. 1553. Ἠὲ πρὸς Εὐφυπύλλου πεφαμμένον, ἠὲ Μεγίστην. Et *Simonides*, v. 1537. Ἀλλ' ὅπα τὰ χαρίεντα μετ' ἠϊθέοισι Μεγίστα, Καὶ τὰ Σμερδίεω θρέψαχ λέλοιπε πόθον. Quin ipſe *Anacreon* ejuſdem meminit,

minit, v. 1100. Μιγιστῆς ὁ φιλόφρων, κ. λ.

XVII. Et hi sunt, quorum Pulchritudinem vel deperibat *Anacreon*, vel certè laudabat, de quâ re mox accuratiùs, quandò de illius amore ergà Fœminas nonnihil quoque priùs dixerim. Et *Sappho.* primò, *Sapphonem* Poetriam *Lesbiam* ex *Mitylene* amâsse dicitur *Anacreon*; quod testatur *Hermesianax Colophonius*, in Tertio Elegiarum.

Καὶ γὰρ τὴν ὁ μελιχρὸς ἐφ' ὑμίλησ' Ἀνακρείων
Σπλοιμῷλω πολλαῖς ἄμμιγα Λεσβιάσιν.
Φοίτα δ' ἄλλοτε μὲν καθλιπὼν Σάμον, ἄλλοτε δ' αὖτὶς
Οἰνηὴν δόρασιν κεκλιμένην πατρίδα,
Λέσβον ἐς εὔοινον.——

Teïus *hic etenim* Sappho *mellitus amavit*,
Lesbiadas *plures inter ut emicuit:*
Nam nunc ille Samum, *Patriam nunc ille reliquit*,
Eversam dudum Marte sub armisono,
Vinosam in Lesbon.

Et *Chamæleon* in libello de *Sapphone* tradit, Nonnullos asserere, *Anacreontem* in eam scripsisse Poemation, cujus Fragmentum exhibemus ad v. 1203. ad quod putatur illa reddidisse responsum, versu purè *Sapphico*,

Κεῖνον, ὦ χρυσόθρονε Μῶσ', ἔνισπες
Ὕμνον, ἐν τᾷ κηλιγύναικι ἰαθλᾷς
Τᾷδε χώρας ὃν ἄειδε πρηνῶς
Πρίσβυς ἀγαυός.

Quem locum, nequaquam pari elegantiâ, Metro certè eodem, ità verto,

Illud, aurato-solio Camœna,
Ipsa tu dixti modulata Carmen,
Teïus *Vates proprio quod ad Nos*
Fudit ab ore.

Athenæus, fol. 599. quidem *Hermesianactem* falli ait, ipse falsus, ut mox videbimus. Ἑρμησιάναξ σφάλλεται, συγχέων διόμφω Σαπφὼ καὶ Ἀνακρέοντα. τὴν μὲν κατὰ Κύπρον, καὶ Πολυκρίτου γυόμφον, τὴν δὲ καὶ Ἀ-

λυάττην

λυάτιλω τ Κροίσυ πατρός. Hæc *Athenæus* contra *Hermeſianactem*; nec tamen ille *Chamæleontem* intereà impugnare audet, quod ſi maximè faceret, minimè tamen promoveret; nam συγχρησμὸς vel hinc demonſtratur. *Sapphûs* frater *Charaxus* amavit *Rhodopin*, quam *Doricen* vocat *Athenæus*, *Æſopi* olim conſervam, ut *Herodotus* in *Euterpe* & *Lilius Gyraldus* in *Sapphûs* Vitâ. *Æſopus* autem *Cræſo* σύγχρονος & familiaris, qui & *Solonem* jam ſenio gravem monuerat, in congreſſibus cum *Cræſo*, ἢ ὡς ἤδιστα, ἢ ὡς ἥκιστα λαλεῖν. *Cræſus* & *Cyrus*, *Polycrates* & *Anacreon* aliquo tempore σύγχρονοι, *Thalete* & *Solone*, reliquiſque ſeptem Sapientûm jam ſenio vergentibus; nam *Thales*, primus omnium Sapientûm mortuus eſt, *Olympiade* LVIII. valdè ſenex, *Anacreonte* vix tum Undecenni. Circa Decimum quintum *Anacreontis* nata eſt *Sappho*, paucis annis ante victum à *Cyro Cræſum*, florentibus jam Sapientûm aliquot; & quùm illa viginti quinque annorum eſſet, tum *Anacreon* erat Quadragenarius; quo fere tempore caneſcere homines incipiunt, undè ipſe *Anacreon*. de *Sapphone* & ad eam, v. 1207.

Σὰ γὰρ φίλτρ' ἐμὸν ἦτορ
Συμπαίζειν προκαλεῖται.
Ἡ δ', ἔστι γὰρ ἀπ' εὐκτίτου
Λέσβου, τλώ μὲν ἐμὴν κόμην,
Λάβρη γὰρ, καταμέμφεται·
Πρὸς δ' ἄλλον πνεῖ χάσκει.
Nam deſiderium tui
Cor nunc ſollicitat meum.
Aſt illa, ex Mitylene
Procax virgo, meam comam,
Namque eſt candida, vellicat:
Novo ardeſcit & igni.

Verùm illa quidam circa Triceſimum quintum ætatis annum fatis conceſſit, *Anacreon* poſt illam Tri-

ginta ampliùs annis durabat; ad Octogeſimum enim quintum Vitam extendebat, teſte *Luciano* in Macrobiis. At quùm *Sappho* illa formæ fuerit minùs venuſtæ, brevis enim & fuſca fuiſſe dicitur * *Ovidio*, & *Maximo Tyrio*, ſuſpicetur aliquis, *Anacreontis* hunc amorem non niſi pium & caſtum; qualem omnes ingenui homines ergà doctas & ingenioſas Mulieres gerunt, quantumvis aſpectu minùs liberali; quare & ipſa dicit ibidem, *At mea cùm legeres, etiam formoſa videbar.* Et eadem à *Socrate* Pulchra vocatur, ut mox videbimus §. xxv. Certè ità *Maximus Tyrius*, Ἦτις Σαπφῦς τ καλῆς· ὅτῳ γ αὐτὴν ὀνομάζειν χαίρει Πλάτων, Δι᾽ πλὼ ὥραν τ μελῶν, ἐ τοι μικρὸν ἔσαν κ μέλαιναν.

XVIII. Memoratur & alia *Anacreontis* Amaſia, *Eurypyle* nomine; de quâ *Antipater Sidonius* in illo verſu, quem ſuprà laudavimus §. xvi. in *Megiſteos* Capitulo. *Meleager* item de *Anacreonte*, v. 1614.

Eurypyle.

Ὄφρα κ ἐν Δηῦς οἰνώμῳ ἄδρα χορεύσῃς,
Βεβληκὼς χρυσῆν χεῖρας ἐς Εὐρυπύλην.

Ipſe denique *Anacreon* illius meminit, v. 1146.

Ξανθὴ δ᾽ Εὐρυπύλη μέλει
Ὁ φιλόρητ Ἀρτέμων.

Nec illam præterit *Angelus Politianus*, inter *Anacreontis* amatas; ità enim canit,

Nunc teneram Eurypylen, *tenerúmque* Megiſtea *laudas.*

Eſt & alia, ſine nomine, ab *Anacreonte* tamen non parùm, celebrata, cujus Formam operoſo Ingenio deſcribit à v. 391. ad v. 424. incluſive; niſi fortè illa quoque ſit *Eurypyle*, aut quod rectius puto, Poetici potiùs caloris fœtus. Meminit & ipſe aliàs *Thraciæ* cujuſdam Puellæ, ad v. 946. quam item amâſſe putatur, ſi ex Ingenio licet argumentum ſumere. Nam, ut id quoque concedamus, tota illi Vita amoribus va-

* Epiſtola, *Sappho Phaoni.*

cavit

cavit, ut *Suidas*, Βίῳ ᾧ ἦν αὐτῷ πρὸς ἔρωτας παίδων ϑ γυναικῶν. Et *Antipater Sidonius*, v. 1557. elegantissimè,

Τελεσσοῖς ῥ', Μέσσῃσι, Διωνύσῳ κ' Ἔρωτι,
Πείσθω, κατεσπουδάσθη πᾶς ὁ πρὸς βίοτον.

Et *Amor* ipse in suâ ad defunctum *Anacreontem* ϑρηνῳδίᾳ, v. 1460.

Ὁ σὸς δ' ὅλῳ βίῳ μοὶ
Ἑταῖρος καλός τε,
Ἴσον παῖς ἀοιδαῖς·

Atque iterum, v. 1472.

Σὺ δ' αὖ ϑέρει ψυχρῷ φίλος,
Πιστός τε ϑ βέβαιος,
Ὅλον βίον ϑελήμων
Ἐμοὶ κραπνῷ ἔδωκας.

Videtur tamen, non nisi serò, Conjugium iniisse, ut notamus ad *Oden* XLIV. idque cum Fœminâ provectioris paulò ætatis; quam tamen ex animo amavit, si rectè ex illius somnio auguror. Verùm nunc de illicito illius amore quærendum.

XIX. *Cleobulum*, *Smerdin*, *Bathyllum* & *Megistem* laudavit *Anacreon*, nec enim diffitemur, haud perfunctoriè; Undè *Critici* vocârunt eum φιλόπαιδα, hoc est, ob Versûs characterem, ut *Euripidem* vocabant μισογύνην. Quos titulos indocti, & invenusti homines ad ipsos Poetas traxerunt; quanquam nec inficetè *Simonides* eâdem voce sit usus de Citharâ, ut infrà v. 1526. Παννύχῳ χρέοι τὴν φιλόπαιδα χέλυν.

Quod ad Puerorum, aut Puellarum, laudationes attinet, sæpè id quidem factum videmus, sine ullo Animi affectu. Quotusquisque enim est Poetarum, qui Virginum & Puellarum formam Versibus suis non aliquandò commemoravit? Quotusquisque, qui non aliquas summâ alacritate, summo animi studio, summâque verborum contentione, tanquam Amator esset ipse reverâ, *Poeticè* descripsit, laudavit, fidem imploravit? Quas tamen nec amavit, nec amare

mare vel potuit, vel voluit, vel auſus erat; tantum illas, alieno nomine, non ſuo compellavit; nonnullas nec vidit unquam, nec aliquandò vel nomine tenùs novit: Ad aliorum tantùm preces hos ludos luſitavit; quod à meipſo factum fateor & ab innumeris aliis quotidie factum ſcio.

Ità plurimi de *Vino* & *Venere*, tanquam de Poetarum Communibus locis, tractare ſolent. Ità *Anacreon* ſcripſit *Oden* XXXII, Εἰς τὰς ἑαυτῆ ἐρωμένας, in quâ innumeras ex omnibus *Aſiæ* & *Europæ* Gentibus Puellas ſibi charas commemorat; quem locum *Couleïus* noſter imitatur, in *Odâ*, cui titulus, *The Chronicle*, ubi plus centum Amicas enumerat; qui reverà cùm Unicam tantùm haberet, præ nimiâ tamen Verecundiâ, nunquam illam licet in iiſdem ædibus manentem, de Amore compellare eſt auſus; quod ex certâ relatione accepimus. Idem ille, cum *Sobrius* eſſet Vitâ, ſæpè in ſcriptis *Ebrioſum* ſe ſimulat, quâ re nihil frequentius apud Poetas.

Quòd ſi Amatoriæ compellationes ad Pueros factæ alicubi apud *Anacreontem* occurrant, poſſunt hæ quidem & debent factæ intelligi à Perſonis ſequioris ſexûs, quandò Poetæ ipſius Perſona minimè indicatur, ut notamus ad illud, v. 1073. Ὦ παῖ, παρθένιον βλέπων, *Minimè eſſe neceſſe, ut hæc in ſuâ Perſonâ proferat Poeta: potuit Mulieri cuidam hæc verba affingere.*

Et hi quidem Luſus Poetici ſi tam rigidos Cenſores inveniant, Neſcio, quis Mortalium integer ex omni parte ſit evaſurus. Omnes ferè Doctrinâ, Ingenio, & Indole Viros inſignes ſimul obruunt & condemnant. Nec *Homerum* ipſum intactum relinquunt; undè *Horatius* per jocum, licet in ſui Vitii patrocinium,

Laudibus arguitur Vini vinoſus Homerus;

nec *Homerum*, inquam, neque *Socratem* ipſum, neque *Platonem*, aut *Xenophontem*, nec *Virgilium*, neque *Couleïum*, tutos aut indemnatos relinquunt.

Ve-

Verùm de hujuſmodi Luſibus dicendum, quod *Apuleius*, in Apologiâ, de Amatoriis *Platonis* Verſiculis dixerat, *Tantò ſanctiores habendi ſint, quantò pudicitiùs compoſiti, quantò ſimpliciùs profeſſi. Namque hæc & id genus omnia Diſſimulare & Occultare, Peccantis; Profiteri & Promulgare, Ludentis eſt. Quippe Naturâ* Vox *Innocentiæ*, Silentium *Maleficio diſtribuitur.* Prætereà attendenda ſunt, quæ notamus ad *Euripidis* Dictyn, v. 2. & *Oedipum*, v. 17. & ad *Anacreontis* v. 1186.

XX. De *Platonico* quidem Amore dixerunt & alii, poſt ipſum *Platonem* & *Xenophontem*, ut *Æſchines* contra *Timarchum*, *Hierocles* de Providentiâ & Fato, p. 70. *Apuleius*, *Famianus Strada*, Proluſion. l. 1. §. 5. Poetic. p. 172. *Johannes Picus Mirandula* ſuper *Hieronymo Benivieni*, inter *Thomæ Stanlæi* Poemata, & alii quamplures. *Platonis* Cliens & Diſcipulus eſt habitus *Virgilius*, omnium ferè Poetarum caſtiſſimus, qui hujuſmodi Amorem elegantèr depingit in * *Euryali* & *Niſi* Perſonis, concludens cum hoc Ephiphonemate, *Gratior eſt pulchro veniens è corpore Virtus.* Aliud hujus rei ſuaviſſimum Exemplum habemus in *Ptolemæo* Rege & *Galete* puero, † Πτολεμαῖος ὁ βασιλεὺς ἐρώμενον εἶχε Γαλάτην ὄνομα, ἰδιῶτ κάλλιστον· ἀμείναν ᾗ ἦν ἀρχὴ τῷ μειρακίῳ γνώμη τ μορφῆς· πολλάκις γοῦν αὐτῷ ἡ ὁ Πτολεμαῖος ἐμαρτύρει, ἡ ἔλεγεν, Ὦ ἀγαθὴ κεφαλή· καὶ σὲ μὲ ἐδέποτε ἔδει γέγονας αἴτιος· πολλοῖς γ ἡ πολλὰ ἀγαθὰ παρέξένησας. Ὁ μὲ ἵππαν σὺν τῷ βασιλεῖ τὸ μειράκιον· ἰδὼν γ πόρρωθεν ἀγεμόνας πομπὰς τὴν ἐπὶ θανάτῳ, ἐ ῥᾳθύμως εἶδεν. ἀλλ' ἔφη πρὸς τ Πτολεμαῖον, Ὦ βασιλεῦ, ἐπεὶ, κατά τινα Δαίμονα τ ἀγεμόνων ἀγαθὸν, ἐπὶ ἵππῳ ἐτύχομεν ὄντες, φέρε, εἴ στι δοκεῖ, τὴν ἔλασιν ἐπιτείνωμεν ἡ συντονώτερον ἐπιδιώξαντες, Δι-

* Vid. Æn. l. 5. v. 295. & *Brodæi* Miſcellan. l. 5. c. 35.

† *Ælian.* Var. Hiſtor. l. 1. c. 30. *Cæl. Rhodigin.* l. 13. c. 15.

ὁσοῦν

ἑσκοργι τοῖς δειλαίοις χρώμεθα Σωτῆρες ἔνθα κ) ἀγαθοὶ παρασταί· τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον ἐπὶ τ θεῶν τούτων. Ὁ ὃ ὑπερηδεὶς αὐτῷ τῇ χρησμῳδίᾳ, ἐ τὸ φιλοίκτμον ὑπ' ἐφιλήσας, κ) ἐκείνους ἔσωσε, ἐ ἐπὶ πλέον ἐσεσέβηκε τὸ φίλτρον ἢ κατ' αὐτὸν ἔρωτ@.

Talis perhibetur fuiſſe *Charitonis* Amor & *Melanippi*, de quibus Oraculum,

Θείης ἠγητῆρες ἐφημερίοις φιλότητ@,
Εὐδαίμων Χαρίτων ἐ Μελάνιππ@ ἦφυ.
Qui ſanctũ induxere hominũ ſub pectus Amorẽ,
Et Chariton *felix &* Menalippus *erat.*

Hi enim, quum in *Phalariden* Tyrannum coniurâſſent, ab eodem deprehenſi & tormentis ſubjecti, tam luculentum Conſtantiæ ſpecimen ediderunt, ut in eorum admirationem abreptus *Phalaris* Vitam utriſque condonârit. Et hoc illius factum *Apollo* probavit, eáque propter ejuſdem necem in plures annos diſtulit, ut *Athenæus* lib. 13. fol. 602. & *Ælianus* Var. Hiſt. lib. 2. cap. 4. Credibile eſt, Talem fuiſſe Amicitiam *Herculis & Hylæ; Theſei & Pirithoi; Pyladis & Oreſtæ; Pythiæ & Damonis; Achillis & Patrocli*; certè *Jonathanis & Davidis.* Nec ſacer *Epaminondæ* Manipulus nobis obliviſcendus, de quo *Plutarchus, Eraſmus* in Adagio, *Sacer Manipulus*, item *Sabellicus & Calius Rhodiginus.*

XXI. Et multi ſanè magni Authores liberè de aliis loquuntur: *Ibycum Rheginum & Archilochum Parium* Impudicitæ & amoris flagitioſi damnant. Nemo tamen idoneæ auctoritatis *Anacreontem* unquam vel *Ebrietatis*, vel *Laſcivia* taxavit; niſi quòd fortè jocoſi *Poetæ & Pictores* aliquot ipſius aliquandò *Perſonæ* attribuant figuratè, quod de *Verſu* tantum illius, revera dicendum fuit; de quâ re accuratius nos infrà, §. xxxiv. vel niſi quod Ἄδηπ@ fortè Epigramma, ut v. 1602. cujus tamen Senſus, ſi dextre capias, Illum æquè Pueris & Puellis, hoc eſt Amatoribus utriuſque ſexûs, charum probat; aut *Scholiaſtes* aliquis, ex ipſius Poetæ locis quibuſdam malè intellectis, vel

ex

ex Veterum picturis & vulgari famâ, ſeu joco, ſive ſeriò, utrumque concluſerint. Aſt illi, qui ità aſſerunt, vel ità credunt, non ſatis attenderunt ad ipſum hujus Poetæ Genium; ad apertos locos, quibus non perfunctoriè *Sobrietati, Caſtitati & Philoſophiæ* velificatur; ad Amicorum iſtius & Patronorum teſtimonia, hominum quidem illorum iſtius & proximæ ætatis ſapientiſſimorum & elegantiſſimorum, ſolo populari joco tranſverſim abrepti; nec memores *Ovidiani* verſiculi, *Triſtium* lib. 2.

Vita Verecunda eſt, Muſa jocoſa mihi;

nec *Martialis* effati,

Laſciva eſt Nobis pagina, Vita proba;

vel *Catulliani* iſtius,

Nam Caſtum eſſe decet pium Poetam
Ipſum, Verſiculos nihil neceſſe eſt;

aut illius demum *Hadriani* Imperatoris, de *Voconio* Poetâ, Amico ſuo,

Laſcivus Verſu, Mente pudicus eras.

Quanquàm in omnibus iis, quæ hodiè quidem extant, utut jucunda & hilaria videantur, nihil certè occurrit flagitioſum, aut inceſtum; nè vel unicus locus, quod Virum pium & probum meritò offendat. Quid, quòd ipſe Poeta, quandò maximè ineptire videtur, ſæpè teſtatur, ſe figuratè tantùm loqui, ut in his, v. 1022.

Φιάλην ἀοιδὸς πᾶσι,
Φιάλην λόγων ἐραννήν.

Et in hujuſmodi ſimilibus aliis haud paucis, quæ omnia Poetæ ſeriam *Sobrietatem*, ſimulatam *Ebrietatem* docent, ut oſtendo ad v. 1015. & pleniùs infrà, ad §. XXIII.

XXII. Præterea, quod ſtatim probaturus ſum, Multi Sapientes, Probi, Graves & magnæ Auctoritatis Viri *Anacreontem* ſeriò laudârunt, ut *Caſtum, ſobrium & ſapientem* Poetam; quorum ſanè Teſtimonia longè mihi pluris facienda videntur; quàm oſcitantûm quorundam *Grammaticorum*, aut *Scholiaſtarum* anonymo-

nymorum effutitiæ Aſſertiones; qui aut ipſi parùm intelligunt, aut ab aliis malè intelliguntur. Illi nempè *Pindarum* φιλόχρυσον vocant, ob nihil aliud, quàm quòd Comparationibus cum *Auro* factis utplurimùm gaudeat; de quâ re, ità Nos olim in locum, Ὁ δ' χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ ἅτε διαπρέπει νυκτὶ μεγάνορ' ἔξοχα πλούτου, cui alium ſimilem locum confero, Κτεάνων δ' Χρυσὸς αἰδοιέστατον, & demùm progredior, "Ex his & ſimilibus locis, ſunt, qui *Pin-*
„*darum* oppidò nimis *Avarum* fuiſſe colligant &
„*Auri* paulò *amantiorem*, ex laudibus nempè iſtius
„Metalli, quas paſſim adornat: quibus ego miror,
„in mentem non veniſſe, Illum etiam immodera-
„tum *Aquæ potorem* dicere, nimirum quam toties
„deprædicat, ut Ἄριστον μὲν ὕδωρ &c. Verùm quià
„de temerariâ nonnullorum Criticorum opinione,
„aut eorum certè verbis perperàm intellectis, quo-
„rundam animos jamdiù inſedit iſtiuſmodi ſuſpi-
„cio, amovenda nobis & amolienda Optimo Poetæ
„temerè & indignè facta Calumnia. Et ſanè in
„*Pindari* Vitâ oſtendimus, Illum Liberalem ergà
„Deos, quibus *Donaria* magna & *Anathemata* &
„etiam *Templa* dedicavit; item ergà Hoſpites Be-
„nevolum & Largum, ut in Cives quoque ſuos Be-
„neficum; quod teſtatur illud *Leonidæ Tarentini* Epi-
„gramma, *Antholog.* fol. 272.

Ἥπιος ἦν ξείνοισιν ἀνὴρ ὅδε, κὴ φίλος ἀστοῖς,
Πίνδαρος, εὐφώνων Πιερίδων σοφὸς.
Candidus hic Vir erat Peregrinis, charus Amicis,
Pindarus, *eximius* Pieridum *famulus.*

Quin ipſius *Pindari* verba in hanc rem ſpectantia liceat proferre, *Nemeonic.* VIII. v. 63.

Χρυσὸν εὔχονται, πεδίον δ' ἕτεροι
Ἀπείρανδον· ἐγὼ δ' ἀοιδᾶν κὴ
Χθονὶ γᾶια καλύψαιμι·
Αἰνέων αἰνητὰ, μωμφὰν δ'
Ἐπιστείρων ἁλιτροῖς.
Auro inhient alii & poſcant ſibi jugera centum;
Mihi

Mihi ſat erit placuiſſe meis;
Sic tumulo mea membra reponam,
Laudibus haud indigna laudans,
Atque Malis nigrum nomen inurens.

Deindè oſtendo, Omnem *Avaritiam* à *Pindaro* damnari, præſertim in Poetis; atque ità demùm progredior. "Critici ergò, qui illum *φιλόχρυσον* vo-
"cant, non ad *Ingenium* illius & *Indolem* ſpectant,
"verùm ad *Dicta*, quibus plus ſemel egregiè ornat
"illud Metallorum fulgidiſſimum; eodem nempè
"modo, quo * *Euripidem μισογύνῃ* nuncupabant,
"non quòd ille *Mulierum-Oſor* Naturâ extiterit, bis
"enim erat Conjugio irretitus; verùm quòd de iis i-
"tà ſit locutus, quaſi talis eſſet, quomodò etiam
"*Anacreontem* Amore & Vino ſuprà modum dele-
"ctatum eſſe dixerint, quòd, ut *Cicero* ait, *Illius to-*
"*ta Poeſis ſit Amatoria*; quódque *Cleobuli*, *Smer-*
"*dis*, *Bathyllique* formam tantoperè celebraret, &
"tam frequentèr ad Pocula invitaret: quaſi Nemo
"poſſet eſſe *Sobrius*, niſi Vini & Hilaritatis ſit jura-
"tus hoſtis; neque *Caſtus*, niſi Cæcus omninò &
"pulchritudinis telis minimè penetrabilis. Cùm ta-
"men *Xenophon* & *Maximus Tyrius* eò magis *Age-*
"*ſilai* Temperantiam laudandam cenſuerint; quòd
"*Megabaten Spithridatæ* filium formoſiſſimum Ado-
"leſcentem miraretur quidem ſummoperè, nec
"tamen ullo modo Puerum, etiam volentem &
"ultrò annitentem, ad Oſculum vellet admittere.
"Nam & *Veritatis* & *Philoſophiæ* ſtudioſi Formam
"eximiam haud inviti laudabunt, aliàs enim Men-
"dacio uterentur, & Cæci prorſùs aut Invidi eſſent
"habendi; at nec contrà fas juſque expetent, ne-
"que abutentur. Ità quidem *Antenor* & *Trojani*
"ſeniores *Helenæ* pulchritudinem mirificè efferebant,
"*Homer.* Iliad. γ. v. 156.

* Vitâ §. xix.

Οὐ νέμεσις, Τρῶας ϑ' εὐκνημῖδας Ἀχαιοὺς
Τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πάσχειν·
Αἰνῶς ἀθανάτῃσι θεῇς εἰς ὦπα ἔοικεν.
Haud ſanè indignum, Teucros Graioſque furentes
Ob tales oculos diſcrimina tanta ſubire:
Tantus in ore Decor, Diviſque ſimillima Forma.

"Iidem tamen, qui tantoperè laudant, minimè cu-
"piunt; quandò tanto cum damno ſuo, periculo,
"& dedecore, atque infamiâ ſtiparetur: Quare pro-
"cul etiam ablegandam pronuntiant, *ibidem*,

Ἀλλὰ κῆρες, πείθῳ ἴσον, οὐ νηυσὶν ἑέλδω·
Μηδ' ἡμῖν, πεύσεσί τ' ὀπίσω πῆμα λίποιτο.
At licet hæc Facies, Danaûm cum claſſe recedat,
Nec nobis, noſtríſque ferat diſcrimina Natis.

"Quapropter, ut ſemper, elegantèr *Afranius*, Ama-
"bit ſapiens, cupient cæteri. Nec enim verè *Amor*
"dicendus eſt is Affectus, qui in *Laſciviam* trahit:
"Eſt *Concupiſcentia*, eſt *Libido*, eſt Ignis *Gehennæ*; nec
"venerabili illo & ſanctiſſimo *Amoris* titulo hone-
"ſtari debet.

Σεμνὸς ἔρως ἀρετῆς· ὁ δ' Κύπριδος αἶσχος ὀφέλλει.

ut ait *Phocylides*, v. 62.

Sanctus Amor Cæli, Veneriſque ſed dedecus auget.

"Hunc itaque *Criticorum* morem attendendum mo-
"neo, quo Auctores ſingulos *Epithetis*, non eorun-
"dem *Perſonas* attingentibus, verùm ad *Scripta* eo-
"rum propriè pertinentibus, ornare ſoleant, quod
"qui minùs attendunt, & *Anacreontem* οἰνοπότην &
"*Euripidem* μισογύνην & *Pindarum* φιλόχρυσον, imò
"*Auri* & *Mellis* avidum ſuſpicentur; quomodò &
"ipſe Divinus *Pſalta*; qui Comparationibus ab *Auro*
"& *Melle* ſumptis ſimilitèr gaudere videtur, ut
"*Pſal.* 19. v. 10. & 119. v. 72.

XXIII. Verùm hi *Catones* hoc ex me audiant, Nihil omninò, quod ſuprà §. xxi. dixerim, in toto hoc *Anacreonte*, poſſunt illi nobis objicere, quod Auribus honeſtis ingratum aut injucundum, probis Moribus inimicum, caſto, ſobrióque Homine in-

dignum

dignum, aut Juventuti φιλολόγῳ damnosum. Nec tamen desunt, qui in *Vaticano* MS. extare dicant non pauca, omni nequitiâ referta; quæ ego *Anacreontia* facilè concesserim, *Anacreontis* esse, id pertinacitèr pernegandum sentio; quod & Stylo ipso & Carminis, atque Materiæ diversitate probari potest. In hâc certè Editione, omnia jucunda, & elegantia, Multa certè Gravia, honesta & Vitæ humanæ utilissima reperiet Lector, non prorsus ἀνεπιφθόνως. Versus omnes hilariori Vultu arridenti, Voces castæ; Sensus interior Moralis Philosophiæ plenus; undè summo illum jure *Socrates*, qui ipse ἀνδρῶν ἁπάντων σοφώτατος ex * Oraculo agnitus erat, τὸν σοφὸν Emphaticè vocare non dubitavit, ut mox narrabimus, §. xxv. In risum solvetur Criticus infimi subsellii, quandò *Anacreontis* sobrietatem audiverit me defendentem, & in memoriam mihi statim revocabit, quod ipse suprà, ad §. v. ex *Maximo Tyrio* attulerim; quomodò aliquandò Ebrius in *Cleobuli* nutricem impegerit. At ego, *Anacreontem* unquam *Ebrium* fuisse, nusquam affirmo; *Ebriosum* fuisse, id nego, multósque mecum negantes habeo. Quis nescit differentiam inter *Peccatum* & *Vitium*, inter *Actum* & *Habitum*? *Anacreon* quidem eò tempore valdè Juvenis erat, & in festivo *Neptuni* epulo, in *Panionio*, hoc est solemnitate publicâ omnium *Ionia* Civitatum, agebat, quandò solent homines Coronari, & liberius Genio suo indulgere. Quin vox ipsa Μεθύειν, quasi μετὰ τοῦ θύειν dici videtur, quòd Veteres in Deorum sacrificiis, θυῶν ἐν ὁσίῃ θαλείῃ, hilarioribus se mutuò poculis invitarent: de quâ re multa scitu non indigna *Hoelzlinus* in *Apollonii Rhodii* Argonaut. l. 1. v. 1150. Nihilominùs *Anacreontis* nostri sobrietatis testis erit nobis non futilis *Athenæus*, qui cùm plurima illius

* *Suidas*, v. σοφός. Vid. *Euripidis* Vitâ, §. xx.

hilariora Carmina paſſim memoret, *Probitatem* tamen Auctoris & *Temperantiam* diſertis his verbis commendat, fol. 429. "Ατοπ☉ ὁ Ἀνακρέων, ὁ πᾶσαν αὐτῷ τὴν ποίησιν ἐξαρτήσας μέθης, τῇ δὲ μαλακίᾳ καὶ τῇ τρυφῇ ἐπιδοὺς ἑαυτὸν ἐν τοῖς ποιήμασι, λαβέσθαι· οὐκ εἰδότων τῶν πολλῶν, ὅτι ΝΗΦΩΝ ἐν τῷ γράφειν καὶ ΑΓΑΘΟΣ ὢν, σωφρονιστὶ μεθύειν, οὐκ ἔσης ἀνάγκης. *Abſurdus itaque* Anacreon, *qui omnem ſuam Poeſin ad Ebrietatem refert. Luxurioſæ & molliori Vitæ ſe dicans in Poematiis, reprehenditur; Vulgò nempè minimè cognoſcente, quòd quùm SOBRIUS & PROBUS fuerit, in ſcribendo, ſimulaverit Ebrietatem; quùm nulla eſſet neceſſitas.* Quæ Verba, ſi locum cum loco, ſententiam cum ſententiâ, ipſum denique Poetam cum ſeipſo conferas, Meridianâ luce clariora reddentur. Quoties enim apud illum μανίην θρίσην, v. 1015. & ἐρασμίην, v. 1275. *Inſaniam optimam* & *deſiderabilem* audiamus? Quoties σώφρονα λύσσαν, v. 759. *Furorem ſobrium*, νέκταρ μελικὸν, v. 1278. *Nectar numeroſum*, quomodò *Antipater*, illius imitatione, dixit νέκταρ εὐαρμόνιον, 1564. φιάλην λόγων ἐρατὴν, v. 1023. *Póculum Carminum amabile*, apud illum oſtendimus? Quid aliud dicendum de *Oxymoro* illo toties repetito, Ἐρῶ τε δῆτα, κοὐκ ἐρῶ, Καὶ μαίνομαι, κοὐ μαίνομαι, v. 1186. Item v. 892. Δεδιηχότος μὲ εἰπεῖν, Δεδιηχότος δ' πίνειν, Χαλέπτοντός τε μανῆναι; Quæ omnia qui non dextrè capit, hunc omni ſenſu deſtitutum pronuntio; at qui *Oden* integram LVII. legerit, nec *Anacreontem* ſobrium agnoverit, hunc omnium Mortalium maximè *Ebrioſum*, aut certè *Cerebroſum*, ſtupidum & fatuum cenſeo. At dicat aliquis. "Quid "*Verba* jactas, quùm *Facta* video? Nonnè & *Hora*"*tius* aliquandò nimiam Vini ingurgitationem damnat, & ipſi *Epicuri*, maximique Helluones ex in"tervallis Temperantiam laudaverint? Neſcio, quid illi videre ſibi ſomnient, quos ad Veritatis radios allucinare ſcio. Quod *Horatium* attinet, non ille ex Poematiis

Poematiis ſuis vel damnandus, vel abſolvendus, quùm Veteres ille Lyricos apertè ſibi propoſuerit imitandos, neque ſenſum ſuum, at illorum, ſæpiuſculè loquitur; nunc *Alcæum*, nunc *Alcmana* & *Sappho*, mox *Archilochum*, *Anacreontem*, *Ibycum*, *Bacchyliden*, *Pindarum*, & *Simonidem* exprimit; quare nunc ille calet, mox frigeſcit, ſtatim inardeſcit, Sanus iterum & Sobrius, uti fieri ſolet, incedit; nonnunquam etiam Caſtitati & Religioni litare deprehenditur; nunc *Epicurum* agit, mox Providentiæ fit ſtrenuus aſſertor, atque ità *Romanis* ſuis omnes *Græci* Ingenii colores revelat, omnes aperit ſplendores. Nec *Horatio* tantùm, ſed nec *Anacreonti* ſufficere ullum ex ſcriptis ſuis ſumptum argumentum putarem, niſi & Veterum teſtimoniis, velut quodam Satellitio, ſit munitum. Verùm, quod & probavimus, hoc affirmamus, *Anacreontem*, cùm aliorum gratiâ, ſe totum Hilaritati & Compotationibus in Carmine dederit, nunquam tamen ὃ πρέπωντος immemorem, Virtutis hinc indè ſemina ſparſiſſe, ut & Κίντρον ἀρετῆς ἐγκαθαλίπῃ ἐν τοῖς ὠσὶν ἀκροωμένων.

XXIV. At dicat aliquis, cui, quæſo, bono hoc fecit? Adeóne Virtutem profiteri pudebat, ut quùm illius eſſet Aſſecla, minimè tamen hoc præ ſe palàm ferre auſus fuerit? *Sobrius* verò ipſe *Vitâ*, *Temulentiam* tamen *Scriptis* ſuis ſimularet? At, ô bone Vir, quiſquis es, videris mihi ſummam Sapientùm virorum Artem neſcire; quâ ſe ſoleant Infirmiorum Genio accomodare, ut iis fiant utiliores. Hoc faciunt Medici, hoc Philoſophi, hoc Theologi, & ipſi Doctores *Chriſtiani*, etiam Apoſtolus ipſe Gentium, imò Nominis noſtri ſanctiſſimus Auctor, de quo legimus, quòd, cùm Veritatis adverſarii accuſarent eum ob familiares cum *Publicanis* & Peccatoribus congreſſus; reſponderet ille, Iis, qui valent, non opus eſſe Medico, at iis, qui malè ſe habent: "*Non* "*veni, ut vocarem Juſtos, ſed Peccatores ad Reſipiſ-*

"ſcentiam. Idem aliàs, contra *Phariſæorum* calumnias, ſe defendit; cùm temerè & malitioſè de eo dixiſſent, *Matth.* c. 11. v. 19. & *Luc.* c. 7. v. 34. Ἰδὲ, Ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης, τελωνῶν φίλος καὶ ἁμαρτωλῶν, inquit, Καὶ ἐδικαιώθη ἡ Σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς. Nonne ſimilis *Anacreontis* Caſus? Nonne & ille de ſe dicit, v. 1295. Οἰνοπότης ἢ ποτοίημαι; Nec me tamen hìc aliquis faſtuoſior ſupercilio notet contractiori; quaſi *Anacreontem* cum Θεανθρώπῳ O. M. quoquomodò velim conferre. Nam & de Philoſopho *Antiſthene* idem à *Diogene Laertio* memoratur, quod de *Chriſto* memorant Evangeliſtæ, Ὀνειδίζομεν ποτὲ, ἐπὶ τῷ, πονηρῷ συγγενίᾳ, Καὶ οἱ ἰατροὶ, φησὶ, μετὰ τῶν ἀσθενούντων εἰσὶν, ἀλλ' ἢ πυρέτιασιν. Et quùm D. *Paulus* hæc Domini noſtri verba laudet, *Act.* c. 20. v. 35. Μακάριόν ἐστι διδόναι, μᾶλλον ἢ λαμβάνειν, Idem *Diogenes* & * *Gaſſendus*, eadem ferè verba ab impuriſſimo priùs *Epicuro* teſtantur effluxiſſe, *Non modò pulchrius eſſe, verùm etiam jucundius, Beneficium dare, quàm accipere.* Non, quòd *Anacreon* uſquequaque ſe Ætatis ſuæ atque ſodalium vitiis conformaverit; at occaſione ſumptâ, ex illorum *Avaritiâ*, Mundanarum rerum Contemptum inculcat; ex illorum *Hilaritate, Amoribus* & *Comeſſationibus*, Modeſtiam, Caſtitatem & Temperantiam; ut mox §. xxvi, pleniùs oſtendemus. Atque ità, Veterum *Ægyptiorum* more, in Convivia *Sceleton* induxit, & inter *Cantandum* & *Bibendum* Severiſſima Virtutis παραγγέλματα propagavit, illúdque *Simonidéum* inſuſurravit, Μέμνησο ἄνθρωπος ὤν.

XXV. De *Anacreontis* Caſtitate jam videtur facile fore negotium, ad illam comprobandam; cùm à Veteribus ſapientibus hoc certè teſtimonium ſibi diſertim acquiſierit; à quibus ſemper Caſtus & Caſti-

* fol. 1233.

tatis

tatis Cultor devotus eſt habitus; licet ingenuorum & proborum Adoleſcentûm amori litaviſſe, *Socratico* more, fateantur: De quâ re diximus ad v. 1186. & ſuprà ad §. xx. Et hujus rei teſtes habemus omni exceptione majores; ſiquis modeſto & ingenuo Veritatis indagandæ ſtudio incendatur. Ità certè *Maximus Tyrius*, Philoſophus minimè contemnendus, §. VIII. Περὶ τ Σωκράτους ἐρωτικῆς,, quam Artem commendant *Plato*, *Xenophon* & *Apuleius*, undè Nomen honeſtum Amoris *Platonici*, Ἡ δὲ Τηΐου σοφιστοῦ τέχνη, ὃ αὐτὸς ἦθος καὶ τρόπον καλεῖ γὰρ πάντων ἐρᾷ τ καλῶν, ἐπαινεῖ πάντας· μᾶλλον δὲ αὐτοῦ τὸ σῶμα τ Σμερδομένου κόμης, καὶ τ Κλεοβούλου ὀφθαλμῶν, καὶ τ Βαθύλλου ὥρας. ἀλλὰ καὶ τούτοις τοῦ Σωφρονίσκου υἱέα, *Ἐρᾶμαί γε τοι συνηθᾶν φησὶ, Χαρίεν γὰρ ἴσχεις ἦθος, καὶ αὖθις, † Καλόν ἐστι τοῖς ἐρῶσι Τὰ δίκαια συμπαραχεῖν, φησίν. Ἤδη δέ που καὶ τοῦ τέχνην ἀπεκαλύψατο, ‡ Ἐμοὶ γὰρ λόγων ἔκπαγλοι Οἱ παῖδες ἀνὴρ φιλοῦσιν· Χαρίεντα γὰρ δίδωμι· Χαρίεντα δὲ οἶδα λέξαι. Τοῦτο γὰρ περὶ Σωκράτους Ἀλκιβιάδης ἔλεγεν, εἰκάζων αὐτοῦ τοὺς χάριν τοῖς Ὀλύμπου καὶ Μαρσύου αὐλήμασι. Τίς οὖν, ὦ θεοί, μέμψαιτο ἐρασὴν τοιοῦτον, οὐκ Τιμοάρχου; *Verùm* Teii *Philoſophi Ars ejuſdem indolis & modi: Nam & Formoſos amat omnes & laudat omnes. Plenaque* ferè *illius Odæ* Smerdiæ *comarum &* Cleobuli *oculorum &* Bathylli *floris. Verùm & in his Caſtitatem vide*, Lubet requieſcere tecum: Nam tu Doctus & Elegans. Et *rurſum*, Pulchrum eſt illud, Amantibus. Quæ ſunt juſta, rependere. *Aliàs tandem etiam Artem ſuam detexit*, Me propter hos lepóres, Fervens amat Juventus: Nam Docta eis propino, Et Docta verba novi. *Idem de* Socrate Alcibiades *dixit*, *Illius lepóres* Olympi *Marſyaque tibici-*

* v. 1188.
† v. 1196.
‡ v. 1130.

nio

nio conferens. Quis, ô Dii, reprehendere poſſit hujuſcemodi Amorem, præter Timarchum? Illum intelligit, contra quem *Æſchines* * accuſationem inſtituit, in quâ & hæc leguntur, Ὁ τοίνυν ἄθηνῆσι τῶν σοφὸς ποιητῶν Εὐριπίδης, ἔν τι τῶν καλλίστων ὑπολαμβάνων εἶναι τὸ Σωφρονεῖν ἐρᾷν, ἐν εὐχῆς μέρει τὸ ἔρωτα ποιεῖσθαι, λέγει που, Ὁ δ' εἰς τὸ σωφρονεῖν, ἐπ' ἀρετὴν τ' ἄγων Ἔρως ζηλωτὸς ἀνθρώποισιν· ὧν εἴην ἐγώ. *Ælianι* de *Anacreonte* Teſtimonium, certè illius Opinionem & Judicium, ſuprà laudavi, §. xiv. ubi omnem Calumniæ anſam ſeriò ab illo amovendam obteſtatur, Μὴ γάρ τις ἡμῖν διαβαλλέτω, ὡς ἡδὺν, τὸν ποιητὴν τὸν Τήϊον, μηδ' ἀκόλαστον εἶναι λεγέτω. At nunc audiamus *Socratem*, quem, ut diximus, §. xxiii. Oraculum *Delphicum* vocavit *Omnium hominum ſapientiſſimum*, eundem hunc noſtrum *Anacreontem* ſuo titulo ornantem. Ità enim *Socrates* in *Platonis Phædro* fol. 340. Δῆλον ὴ, ὅτι τινῶν ἀκήκοα, ἤτοι Σαπφῦς τὸν καλὸν, ἢ Ἀνακρέοντος τὸν σοφόν. Hic quidem ipſe locus, ut verum fatear, primus mihi ſcrupulum injecit, nè & ego vulgarem de *Anacreonte* opinionem pertinaciùs defenderem; verùm circumſpicerem potiùs & paulò ἀπιστοτερον, an non & is alio, quàm nunc, Charactere, ab antiquioribus honeſtaretur. Et ſtatim pòſt, in illum *Athenæi* locum ſuprà, §. xxiii. laudatum, incidi; cujus Veritas aliis indies argumentis confirmatior evaſit. At objiciunt mihi, Σοφὸν nihil aliud aliquandò ſignificare, niſi quemvis in ſuâ quâcumque facultate, etiam ἐν βαναύσῳ τέχνῃ, excellentem. Quod quidem nullus nego; ſed quomodò hoc in loco *Socrates* eâ voce ſit uſus, audiamus eundem in fine ejuſdem *Phædri* ità ſe ſeriò explicantem, fol. 358. Τὸ μὲ σοφὸν, ὦ Φαῖδρε, καλεῖν ἔμοιγε μέγα εἶναι δοκεῖ, Θεῷ μόνον πρέπειν· τὸ δὲ, ἢ φιλόσοφον, ἤ τι τοιοῦτον, μᾶλλον

* fol. 191.

γε ἂν αὐτῷ ἐ ἁρμόττοι κ) ἐμμελετέρως ἔχοι. Et quòd hoc modo verè *Anacreon* σοφὸς fuerit, apparet ex ipsius *Socratis* Voto, ibidem ad Deum facto, Ὦ φίλε Πάν τε ἐ ἄλλοι, ὅσοι τῇδε θεοί, Δοίητέ μοι καλῷ γενέσθαι τἄνδοθεν· τἀξωθεν ὅσα ἔχω, τοῖς ἐντὸς εἶναί μοι φίλια· πλούσιον δὲ νομίζοιμι τὸν σοφόν· τὸ δὲ χρυσοῦ πλῆθος εἴη μοι, ὅσον μήτε φέρειν δύναιτο ἄλλος, ἢ ὁ σώφρων. Videtur Philosophus ad modò-memoratam *Anacreontis* Historiam respicere; quâ Divitias illum negligere ostendi, Dotibus Ingenii contentum, §. x.

XXVI. Quoniam verò illud *Gellianum* exosculor, *Odi Homines ignavâ Operâ, Philosophâ sententiâ*, Age, nunc proferamus aliquot hujus Poetæ locos, è quibus, velut ex Pede *Herculem*, *Anacreontis* sanctiorem Sapientiam metiri valeamus. De *Vanitate hujus Vitæ*, v. 64.

Τροχὸς ἅρματος γὰρ οἵα
Βίοτος τρέχει κυλιθείς·
Ὀλίγη δὲ κεισόμεσθα
Κόνις, ὀστέων λυθέντων.
Rota nam velut curulis,
Properat volucris ætas:
Tenuis jacebimúsque
Cinis, ossibus solutis.

Vitam hilarem curisque vacuam laudat, v. 660.

Τὸ μὲν οὖν πῶμα λαβόμεν·
Τὰς δὲ φρενπόνους μεθῶμεν·
Τί γὰρ ἐστί σοι τὸ κέρδος
Ὀδυνωμένῳ μεριμναις;
Πόθεν οἶδμεν τὸ μέλλον;
Ὁ βίος βροτοῖς ἄδηλος.
Age, poculum bibamus;
Nec adesto Cura mordax:
Quid enim Dolere prodest,
Macerariérque Curis?
Ubi quis futura noscat?
Sua cuique Vita cæca est.

Et Vini paulò liberalior usus contra Curas præsens Me-

Medicina, noſtris etiam Literis teſtantibus. *Proverb.* c. 31. v. 6. Et ſenibus ſuis *Plato* concedit, & *Horatius* ſapientibus, l. 3. §. 21.

Non ille, quanquam Socraticis *madet*
Sermonibus, Te negliget horridus:
Narratur & priſci Catonis
Sæpè mero caluiſſe Virtus.

Quomodò ſit vivendum, totâ *Odâ* xv. *Chryſippo* & *Crantore* meliùs docet, præſertim in illis, v. 239.

Οὔ μοι μέλει Γύγαο
Τῦ Σαρδίων ἄνακτος·
Οὔθ' αἱρέει μὲ χρυσὸς,
Οὐδὲ φθονᾶ τυράννοις.
Nil curo Sardiani
Regni Gygen potentem:
Auri nec appetens ſum
Nec invidens Tyrannis.

Et mox, v. 247.

Τὸ σήμερον μέλει μοι.
Τὸ δ' αὔριον τίς οἶδε;
Hodierna Curo tantùm:
Quis cras futura novit?

Avaritiam, & ingenuæ Virtutis neglectum, generalemque hujus Ætatis corruptionem quis breviùs aut accuratiùs depinxit unquam? v. 739.

Γένος δὲ καὶ τέχνη τρόπος τε πάντες
Σοφίη, τρόπος πίστις·
Μόνον ἄργυρον βλέπουσιν.
In Amore negliguntur
Genus, Ars, probique Mores:
Unicum intuentur Aurum.

Aliàs *Aurum*, ut *Doctrinæ* & *Virtuti* inimicum & à *Muſarum* caſtris planè fugitivum, damnat & inſectatur, *Od.* LXV. Fraudem omnem ad Inferos relegat, Animique ſimplicitatem præ cæteris laudat §. 100. v. 1198.

Odi profanum Vulgus & arceo;
Qui ſordidâ ſunt Indole, nec vident,

Quàm

Quàm magna merces Simplicitas *ſit*;
Hos procul eſſe puto ablegandos.

Candidiſſimos ſuos mores palàm fatetur, v. 681.

Φθόνον δὲ οἶδ' ἐμοὶ κῆρ·
Φθόνον δ' δείδια δήκτην.
Φιλολοιδόρου γλώσσης
Φεύγω βέλεμνα κἄφα.
Mihi non invida Corda;
Nec metuo Invidiam Malam:
Leviora tela Linguæ
Fugio nimis procacis.

Vanas demùm Mortalium ſpes uno ictu Conſcindit omnes, v. 1297.

Τί μαχρὸν δὴ φρονεῖς, πάλαι;

Totum equidem Poetam huc denuò tranſcriberem, ſi χρηστομαθείας omnes, ſi γνώμας βιωφελεῖς, ſi φιλοσοφικὰ Ἀποφθέγματα, hìc repeterem: Nunc enim *Avaritiam* damnat, à v. 336. ad v. 346. Aſt Odis XX IV. XXV. XXVI, &c. nimiam *Sollicitudinem*; etiam Odâ LVII. *Ebrietatem*; Odâ XLVI. *Amoris ſinceritatem*, ſine Lucri ſpe, egregiè ornat. Odâ denique XLII. & Epigrammate VII. Rixas omnes, barbarúmque ſtrepitum à *Sympoſiis* relegat; quùm noſtri Homines in *Amando* ſint quibuſvis Veterum *Ethnicorum* intemperantiores & proteriores; inter *Bibendum*, Diſputent, Rixentur, ad mortem uſque digladientur; jurent, calumnientur & ſanctiſſimum Dei nomen convellant.

Atque ità *Anacreon*, inter ſuaviſſimos elegantis Ingenii luſus, velut aliud agendo, Virtutem nos conſtantèr docet; & *Sirenis* Muſicæ faſcino animos humanos, non ſine magno ſuo Beneficio, incantat. Aſt Artis quidem *Amatoriæ* profeſſorem fuiſſe objiciunt; quod & *Pauſanias* facit, qui cùm illum *Sapphone* poſteriorē putaret, poſt illam, omniū primū, Amores ſcripſiſſe narrat, *Attic.* fol. 44. Ἀνακρέων ὁ Τήϊος, πρεσβύτερος μετὰ Σαπφὼ τὴν Λεσβίαν, τὰ πολλὰ, ὧν ἔγραψεν, ἐρωτικὰ ποιήσας. At *Clemens Alexandrinus*, fol. 226. abſolutè

lutè hunc primum iſtius Artis auctorem aſſerit, Τὰ ἐρωτικὰ πρῶτος ἐπινόησεν Ἀνακρέων ὁ Τήϊος, quod omninò intelligendum de *Cantilenis Amatoriis*, quas ille primus in Principum ſympoſiis cantandas, Lyræque aptandas curavit; nam aliàs, qui Artem Amatoriam ab *Anacreonte* inventam putent, magno illum munere mactant, totum reliquum Humanum Genus nimiæ ſtupiditatis arguunt. Hæc igitur *Anacreontis* Ars Amatoria, non, qualis illa *Ovidii* Ars Amandi, habenda. Nihil enim ejuſmodi tibi, Lector, occurret unquam *Anacreontem* perlegenti; verùm potiùs, qualem modò §. xxv. *Maximus Tyrius* laudabat, qualémque cum *Sapphone* & *Socrate* eidem communem oſtendit; nempè quæ vel invitos Homines in Diſciplinam trahit, vel ingenuos Animos, Muſarum Philtro, ad Amorem τοῦ καλοῦ cogit; quod & illud *Anthologiæ* innuit, l. 1. c. 67. fol. 92. Πειθὼ Ἀνακρείοντι συνίσπετο, ——*Suada* Anacreontem *ſequitur*. At objicitur mihi *Sexti Empirici*, viri gravis, querela, Adverſ. Mathemaric. p. 59. Οὗτοι οἱ μὴ ἐρωτομανεῖς καὶ μεθύσοι τοὺς Ἀλκαίου καὶ Ἀνακρέοντος ποιήσεις ἀναγινόντες ἐκστικκαίονται, *Ità qui libidine inſaniunt & ebrioſi*, Alcæi & Anacreontis *legendo Poemata vehementiùs incenduntur*. Sapientèr dixit *Sextus*, ἐρωτομανεῖς καὶ μέθυσοι, *Libidinoſi & ebrioſi*; nam & Nos agnoſcimus, non *Anacreontem* tantùm, verùm quoſvis auctores, talibus hominibus damnoſos, cóque magis forſan, quò aliis ſint utiliores: nam ut boni frugique homines, *Apum* ad inſtar, ex quibuſvis floribus, ſibi mel conficiunt, ità mali, *Araneorum* more, ſuccos etiam ſaniores in venenum convertunt. Sin dixiſſet Σώφρονες καὶ νηφάλιοι, *Temperantes* & *Sobrii*, ex *Anacreontis* Lectione ſtimulabuntur ad malum, hoc quidem contra Nos aliquid faceret; nunc, ut ſe res habet, *Sextus Empiricus* inter *Anacreontis* Advocatos connumerandus mihi videtur. Adhuc verò Objicitur mihi ex *Pindari* Scholiaſtâ, *Anacreontem* faſſum eſſe,

ſe

ſe *Pueros Deorum* loco habuiſſe & in eos ſolos Hymnos ceciniſſe; quam Objectionem pleniùs profero ad *Oden* LX. & illi pleniſſimè occurro infrà ad §. XXXIX. versùs hujus *Vitæ* finem.

XXVII. Atque ità certè *Polycratis* Aulam ornavit *Anacreon*, Mores temperavit, Nomen celebravit; ut & ipſe, inter magnas illius Principis felicitates, non minima recenſendus videatur. Et *Strabo* diſertè ait, *Anacreontis* ſcripta fuiſſe *Polycratis* plena, l. XIV. fol. 638. Τούτῳ συνεβίωσεν Ἀνακρέων ὁ μελοποιός· ἐν δὴ καὶ πᾶσα ἡ ποίησις πλήρης ἐστὶ τοῦ τοιούτου μνήμης. Ex quibus verbis liquet, ut *Perizonius* ad *Ælianum* Var. Hiſt. l. IX. c. IV. §. 1. obſervat, *Quàm pauca* Anacreontis *ad Nos pervenerint*; cùm in iis, quæ jam extant, nè ſemel *Polycratis* Nomen occurrere videamus; pauca admodùm de illius Deliciis, quæque ullo modo ad eum pertinere tutò pronuntiare poſſumus: Quod deplorandum tanti Ingenii Naufragium undè contigerit, mox §. XXXII. dicemus. At Poeta noſter, quantumvis hilarioris eſſet Temperaturæ Muſiſque tantoperè addictus, gravioribus interim negotiis, rebúſque ſeriis, omninò par viſus eſt & idoneus; quod malevoli & inficeti homines, de Poetis, ex Invidiâ, negare ſolent: erat enim *Polycrati*, Principi conſultiſſimo, à ſecretioribus Conſiliis; quod *Herodotus* ipſe teſtatur, l. 3. c. 121. Τὸν Πολυκράτεω τυχεῖν καλαχεύμενον ἐν ἀνδρεῶνι· παρεῖναι δέ οἱ καὶ Ἀνακρέοντα τὸν Τήϊον. Et ſane ſi diutiùs apud *Polycratem* manſiſſet *Anacreon*, credibile eſt, ab illo Infortunio, quo tandem oppreſſus eſt, vel bono Poetæ Genio, vel Conſilio, liberandum fuiſſe. Verùm paulò ante, ab *Hipparcho*, *Piſiſtrati* filio, *Athenienſium* Tyranno, invitatus, cum bonâ *Polycratis* veniâ, *Athenas* conceſſerat; de quâ re mox ampliùs: Nunc ad *Polycratis* exitum properemus.

XXVIII. Iam itaque diù *Polycrates*, ad Invidiam uſque & Proverbium felix, floruerat, adeò ut aliquandò

ab Amico, *Amasi*, *Ægyptiorum* Rege, monerctur; ut siquod præ aliis pretiosum, rarum, & charum haberet, id ultrò vellet abjicere, ad *Nemesin* propitiandam; ut ità sponte mulctatus in aliquo, tutus esset in aliis, ab invidæ *Fortunæ* ictibus. Hoc facere *Polycrates* aggressus, Annulum maximi pretii & artificii, cum Sigillo *Smaragdino*, *Theodori Samii*, *Telecli* filii, opere, quem præ omnibus Jocularibus & Gemmis unicè æstimabat, ultrò à se in altum Mare abjecit, Amicis aliquot inspectantibus: Quem tamen paucis pòst diebus, illius coquus in Ventre cujusdam Piscis repertum Domino suo restituit. Quod cùm *Amasis* audisset, continuò ejusdem Amicitiæ nuntium remisit, nè & ipse in illius infortuniis tandem aliquandò involveretur; utpote quem malo cuidam Fato reservatum sciret, post tam insigne *Fortunæ* blandimentum. Nam & ipse Nullum unquam hominem adeò suprà modum *Fortunæ* charum putabat; quin aliquandò in triste aliquod Infortunium incideret, quod in *Cræso* nupèr omnes viderant, & in suo ipsius Antecessore *Aprie*. Et juxtà hoc *Amasis*, sive judicium, sive vaticinium, *Polycrati* tandem contigit; nam ab *Orœtâ*, *Cambysis* satrapâ, *Sardium* & *Magnesiæ* præfecto, sub Amicitiæ specie, spe quoque magni Auri Argentique ponderis injectâ, deceptus, suspendio periit; ut *Herodotus* l. 3. c. 39. 40. & 120. pluribus exequitur. Nec verò hujus rei, præter *Amasin*, nullum habuit Monitorem; multa enim Oracula, ut *Herodotus* ait, *ibid.* c. 124. multi etiam Amici, dehortabantur, nè ad *Orœten* ullo modo se vellet conferre; præcipuè illud ipsius somnium, quo visus est sibi sublimis in Aere, à *Jove* lavari, & à *Sole* inungi; quâ re exterrita Filia, modis omnibus Patrem orabat, nè proficisci vellet, suspendium enim ei portendi. Quin ad Navim Regiam eunti malè ominabatur; quúmque ille minaretur, si sospes rediret, Illam diù Virginem mansuram, seriò illa optabat ità fore: se enim

nim malle ſine *Marito* eſſe, quàm ſine *Patre*. Hæc fuſiùs *Herodotus*; à quo multi deinceps excepere. *Cicero* imprimis, De Finibus l. IV. §. 30. "*Polycratem Samium* felicem appellant. Nihil acciderat "ei, quod nollet; niſi quòd Annulum, quo delectabatur, in Mare abjecerat. Ergò infelix unâ nœ"ieſtiâ. Felix rurſus; cùm is ipſe Annulus in præcordiis Piſcis inventus eſt. Ille verò, ſi *Inſipiens*, "quod certè, quoniam Tyrannus, nunquam Beatus; ſi *Sapiens*, nè tum quidem Miſer, cùm ab *Oroœte*, Prætore *Darii*, in Crucem actus eſt. At "multis malis affectus. Quis negat? Sed ea mala "Virtutis magnitudine obruebantur. Rem ità *Strabo* narrat l. XIV. fol. 637. Τῆς δὲ εὐτυχίας αὐτῷ σημεῖον τθέασιν, ὅτι ῥίψαντος εἰς τὴν θάλατταν ἐπιτηδὲς τὸ Δακτύλιον, λίθῳ καὶ γλύμματος πολυτελοῦς, ἀνήνεγκε μικρὸν ὕστερον τῶν ἁλιέων τις τὸ καταπίονται ἰχθὺν αὐτόν. Ἀνατμηθέντος δὲ εὑρέθη ὁ δακτύλιος. Πυθόμενον δὲ τοῦτο τὸν Αἰγυπτίων βασιλέα, φασὶ μαντικῶς πως λαπφθέγξασθαι, ὡς οὐ βραχεῖ καταστρέψει τὸν βίον εἰς σὲ εὐτυχὴς πλοῦς, ὁ τοσοῦτον ἐξημεμένος τῆς εὐτραγίας· ἐ δὴ ἐ συμβῆναι τοῦτο· καταληφθήσεσθαι γὰρ ἐξ ἀπάτης ὑπὸ Σατράπου τῶν Περσῶν, χρεμασθῆναι. *Euſtathius* in Dionyſ. Περιήγ. v. 533 brevius aliquantò, Ὁ μέντοι Συλοσῶντος ἀδελφὸς, Πολυκράτης, ὁ φυλῆς ἐπεφάνθυσεν ἡμόμβρου ὁ εὐτυχέστατος, ὕστερον ἐκρεμάσθη ὑπὸ Περσῶν· ὅτε ἦν ὁ Δακτύλιον ῥίψας εἰς θάλασσαν, ὃν αὖθις ἀφ' ἁλὸς καταπόντος ἰχθὺς ἀπέλαβε. * Eandem tangit Hiſtoriam *Maximus Tyrius*, §. XXXV. ſuo more, i. e. Philoſophico, Ὅταν ὁ ἴδω πάντα εὐτυχοῦντα καὶ Κυβερνήτην καὶ Στρατηγὸν, ἐ Ἰδιώτην, καὶ Ἀρχοντα, καὶ Ἄνδρα, ἐ Πόλιν, ἀφαιρῶ ταῖς εὐτυχίαις, ὡς Σόλων Κροίσῳ· ὡς Ἄμασις Πολυκράτει· Κροῖσος μὲ εἶχεν εὐίππου γῆν· Πολυκράτης ὁ, εὔνεων θάλατταν·

* Vid. *Joh. Tzetzæ* Chiliad. VII. §. 121. Τῆς Σάμου βασιλεύων μὲ εὐτύχει Πολυκράτης κ. λ.

ἀλλ᾽ ἀδὴν τέτων βέβαιον, ἀχ ἡ γῆ Κερίσῳ, ἀχ ἡ θάλασ-
ζα Πολυκράτει· ἀλλ᾽ ἐλάμβανεν Ὀρφίτης μὲ Πολυκράτην,
Κερῖσον ἢ Κῦρον. ἢ Δαδοχὴ, μετ᾽ εὐτυχίαν μακρὰν,
ἀθρόων κακῶν· Δαὸ τῦτο Σόλων ἐκ εὐδαιμόνισε Κερῖ-
σον, σοφὸς γὰρ ἦν· Δαὸ τῦτο Ἄμασις ἀπείπατο Πολυ-
κράτην, ἀσφαλὴς γὰρ ἦν. Rectè itaque *Soſiphanes*,

Ὦ δυσυχεῖς μὲ πολλὰ, παῦρα δ᾽ ὄλβιοι,
Βροτοὶ, τί σεμνύνεσθε ταῖς ἐξουσίαις,
Ἃς ἓν τ᾽ ἔδωκε φέγγος, ἓν τ᾽ ἀφείλετο;
Ἂν δ᾽ εὐτυχῆτε, μηδὲν ὄντες, εὐθέως
Ἴσ᾽ ἀρκανῷ φρονεῖτε· τὸ δ᾽ εὖ κύριον
Αἴδην παρεσῶτ᾽ ἐχ ὁρᾶτε πλησίον.
O *Inbeati multa, felices parùm,*
Viri, quid intumetis augmentis opum,
Quas una Lux dat, una quas & auferat?
Sors eſto felix, quùm nihil ſitis, ſtatim
Spiratis aqua Calicis; veſtram aſt Heram
Mortem parùm videtis aſtantem prope!

De hoc *Polycrate Mantuanus*, De Fortunâ *Gonzagæ*,
Invenies Unum, toto qui vixerit ævo &c.

XXIX. Hanc *Polycratis* gemmam, *Herodotus Smaragdum* vocat, *Plinius* ſolus *Sardonychen*, at ille, ſiqua Fides, oculatus teſtis, l. 37. c. 1. "His initiis "cœpit auctoritas in tantum amorem elata; ut *Po-*"*lycrati Samio*, ſevero Inſularum & Litorum Ty-"ranno, Felicitatis ſuæ, quam nimiam fatebatur e-"tiam ipſe, ſatis piamenti in unius Gemmæ vo-"luntario damno videretur; ſi cum Fortunæ volu-"bilitate paria faceret, planéque ab invidiâ ejus ab-"undè ſe redimi putaret, ſi hoc unum doluiſſet. "Aſſiduo ergò gaudio laſſus, profectus navigio in al-"tum, *Annulum* merſit. At illum Piſcis eximiâ "magnitudine, Regi natus, eſcæ vice raptum, ut "faceret oſtentum, inculinam Domini, rurſus For-"tunæ inſidiantis manu reddidit. *Sardonychen* eam "fuiſſe Gemmam conſtat; oſtenduntque *Romæ*, in

Concordiæ

" Concordiæ delubro, cornu aureo *Auguſtæ* dono " incluſam & noviſſimum propè locum tot prælatis " obtinentem. Et mox, *Polycratis* Gemma, quæ " demonſtratur, illibata intactáque eſt. Verùm talis, ſeu Fabula, ſeu Hiſtoria, de *Theſeo* narratur, qui, ad *Minois* convitium, Gemmam, quâ obſignare ſolebat, quò ſe probaret *Neptuni* filium, ultrò in mare projecit, mox iterum indè receptam, unà cum aureâ Coronâ, dono *Amphitritæ*, ut *Pauſanias* in *Atticis* lib. I. cap. XVI. Μίνως ἡνίκα Θησέα καὶ τὰ ἄλλα τέκνα τῶν παίδων ἦλθε ἐς Κρήτην, ἐμαθεῖν ἐς Περιβοίας, ὡς οἱ Θησεὺς μᾶλλον ἐναντιῶτο, καὶ ἄλλα τε ὑπὸ ὀργῆς ἀπέρριψεν ἐς αὐτὸν, καὶ παῖδα σὸν ἔφη Ποσειδῶνος εἶναι· ἐπὶ δὲ δύναται τῇ σφραγῖδι, ἣν αὐτὸς φέρων ἔτυχεν, ἀφεῖναι ἐς θάλασσαν, ἀνασῶσαί οἱ. Μίνως μὲν λέγεται, ταῦτα εἰπὼν, ῥῖψαι τὴν σφραγῖδα· Θησεὰ δὲ σφραγῖδά τε ἐκείνην ἔχοντα, καὶ στέφανον χρυσοῦν, Ἀμφιτρίτης δῶρον, ἀνελθεῖν λέγουσιν ἐκ τῆς θαλάττης. Et hinc obiter, Annulorum uſum in ſignaculis Bello *Trojano* & *Homero* antiquiorem patet; licet illius rei nulla ſit apud Poetam mentio.

XXX. Quùm verò *Polycratis* filia, de Patris optimi calamitoſo exitu certior eſſet jam facta, contigit autem circa *Cambyſis* deceſſum; ſtatim ſe totam luctui dedit & lacrymis. At quùm poſt Μαγοφονίαν accepiſſet, *Darium*, *Hyſtaſpis* filium, in *Perſide* regnare, aſſumptâ pluſquam Virginali audaciâ, in *Aſiam* & ad *Darium* profecta eſt, Avunculi, ut puto, *Syloſontis* auctoritate adjuta; qui cùm olim * Beneficio *Darium affeciſſet, privatum tunc exiſtentem*; mox à Rege donatus eſt *Polycratis* fratris imperio, de quâ re plura *Herodotus*. Virgo igitur mœſtiſſima, ad *Darii* genua nunc affuſa, vindictam Patris nomine petit & ſuo, lacrymis interim, ſingultibus; &

* *Johan. Tzetzæ* Chiliad. IV. cap. I. §. 70. *Herodot.* &c.

luctu ingenti omnia complens. Rex itaque mirificè commotus & illam humaniſſimè tractavit & *Oræten* digno tandem ſupplicio affecit; *καὶ ὅτω δὴ Ὀροίτεα τὸν Πέρσην Πολυκράτεος τοῦ Σαμίου πίσιος μετῆλθον*, ut *Herodotus* ait. Alia quidem cauſa, nempè Injuriæ *Mitrobatæ* & ejuſdem filio *Cranaſpæ* ab hoc ſatrapâ illatæ, ab *Herodoto* aſſertur; at nec hanc à nobis memoratam defuiſſe & modò laudata ejuſdem verba innuunt & *Luciani* teſtimonium confirmat, qui hæc omnia ab *Anacreonte* verſibus conſignata ſolus nobis intimavit. Quùm enim omnium ferè aliorum Poematum Seriem quandam Hiſtoricam dederit, hanc tandem Tragœdiam his verbis deſignat, *ἀφ' ἑκάστου* fol. 514. *Κἂν εἰς τὴν Ἀσίαν πάλιν ἀφίκῃς, πολλὰ κἀκεῖ δράματα· ἡ μὲν Σάμος εὐθὺς καὶ Πολυκράτους πάθος, καὶ τὰ ἰγγατρὸς αὐτῷ μίσχει Περσῶν πλάνη.* *Quòd ſi in* Aliam *iterum tranſeas, multa & ibi celebria facta:* Samos *enim ſtatim occurrit,* Polycratiſ*que Calamitas & ejuſdem* Filiæ *uſque ad* Perſas *diſcurſatio.*

XXXI. *Anacreon* ipſe quidem hâc Amiciſſimi Principis calamitate minimè erat imvolutus, ut modò diximus ad §. XXVII. verùm melioris ſui Genii beneficio, paulò antè aliò conceſſerat; nè fortè, ut *Democedes* Medicus, quod *Herodotus* teſtatur, lib. 3. & *Athenæus* fol. 522. & ille etiam Catenis & Carcere urgeretur, vel eodem, cum Domino ſuo, tempore & loco, ut alii Undecim *Polycratis* Conſiliarii, ſuſpenderetur. Paucis enim diebus ante hoc *Oræta* facinus, *Hipparchus, Piſiſtrati* filius, *Athenienſium* Tyrannus, qui Literatis & vivis & mortuis impenſiùs favebat, *Anacreontis* famâ excitatus, illius arſit deſiderio; & poſt aliquot miſſos hinc indè Nuntios, cum bonâ *Polycratis* veniâ, in tempus præſtitutum datâ, Navim prætoriam aſcendit *Anacreon*, quam illius vehendi cauſâ præmiſerat *Hipparchus*, Quinquaginta Remis inſtructam, & *Athenas* uſque ſecundo vento navigavit. *Hipparchus* erat *Piſiſtratidarum*

tum natu maximus, quicquid contrà *Thucydides*, & ex eo *Polyænus*, aſtruat, ut *Meurſius* evincit, in *Piſiſtrato* cap. XI. & XII. Vid. *Ælian.* Var. Hiſt. lib. VIII. cap. II. *Giſberti Cuperi* Apotheoſ. *Homeri* pag. 5. De cujus Sapientiâ, Doctrináque & hac ipsâ *Anacreontis* Invitatione hæc *Socrates* apud *Platonem* in *Hipparcho*, Πολίτην μὲν ἐμοῦ τε καὶ σοῦ, Πεισιστράτου τοῦ ἐκ Φιλαίδων, Ἱππάρχου, ὃς τῶν Πεισιστράτου παίδων ἦν πρεσβύτατος καὶ σοφώτατος· ὃς ἄλλα τε καὶ πολλὰ καὶ καλὰ ἔργα σοφίας ἀπεδείξατο, καὶ τὰ Ὁμήρου πρῶτος ἐκόμισεν εἰς τὴν γῆν ταυτηί. καὶ ἠνάγκασε τοὺς ῥαψῳδοὺς Παναθηναίοις ἐξ ὑπολήψεως ἐφεξῆς αὐτὰ διιέναι, ὥσπερ νῦν ἔτι οἴδε ποιοῦσι. Καὶ ἐπ' Ἀνακρέοντα τὸν Τήιον πεντηκόντορον στείλας, ἐκόμισεν εἰς τὴν πόλιν. Σιμωνίδην τε τὸν Κεῖον ἀεὶ αὐτοῦ εἶχε, μεγάλοις μισθοῖς καὶ δώροις πείθων. Ταῦτα δὲ ἐποίει, βουλόμενος πείθειν τοὺς πολίτας, ἵνα ὡς βελτίστων αὐτῶν ὄντων ἄρχῃ, οὐκ οἰόμενος δεῖν ἀδίνι σοφίας φθονεῖν, ἄτε ὢν καλός τε κἀγαθός. *Concivi quidem meóque & tuo*, Hipparcho, Piſiſtrati *ex* Philædone *filio, idque natu-maximo & ſapientiſſimo; qui cùm alia multa, eáque præclara Sapientiæ ſpecimina ediderit, etiam* Homeri *libros primus in hanc terram invexit, & Rhapſodos impulit, ut in Panathenæis alternatim ex ordine pronuntiarent, ſicut etiam nunc illi faciunt. Et* Anacreonta Teium, *miſsâ Quinquagintaremi, in hanc urbem accivit.* Simonidem *quoque* Ceum *circà ſe ſemper habuit, amplis ſtipendiis & muneribus inductum. Hæc verò omnia agebat, perſuadere volens Civibus ſuis; ut quam optimè viventibus iis imperaret; minimè fas eſſe ratus, Sapientiam cuiquam invidere; quippe qui ipſe Honeſtus & Bonus erat.* Quod de *Simonide* addit *Plato*, μεγάλοις μισθοῖς καὶ δώροις πείθων, id non temerè nec otiosè dixit: *Simonides* enim non niſi ſtipulatione factâ & pactâ mercede, ad Principes ire voluit, id quod ipſe de eodem nunc obſervabat *Anacreon*, literiſque mandavit, ut notamus ad v. 1254. undè *Johannes Tzetzes*, Chiliad. VIII. v. 830.

Οὕτω

Οὕτω λέγων ὑπάρχειν πᾶσαν γραφὴν ἐποίει,
Ὡς Ἀνακρέων τε αὐτὸς, Καλλίμαχός τε λέγει.

Locum *Anacreontis* modò notavimus; *Callimachi* locus hic eſt,

——————Οὐ γὰρ ἐργάτην τρέφω
Τὴν Μῶσαν, ὡς ὁ Κεῖος Ἱππόναξ νέπυς.

Ariſtophanes quoque illum taxare videtur hoc Verſu, fol. 460.

Ἐκ δὲ Σοφοκλέους γίγνεται Σιμωνίδης.

De quo vide *Scholiaſtem* in locum. *Simonidis* κιβώτια tangit *Theocritus*, Idyll. 16. v. 10. *Plutarchus* περὶ Πολυπραγμοσύνης. *Stobæus* §. x. & *Johannes Tzetzes*; item *Ælianus* Var. Hiſtor. lib. VIII. cap. 11. §. 5. & lib. IX. cap. 1.

Verùm ut ad *Hipparchum* redeam; de illius ergà *Homerum* Providentiâ, atque *Anacreontem* Benignitate, idem ferè cum *Platone Ælianus*; de *Homero*, etiam *Cuperus* loco ſuprà-laudato, " *Hipparchus*, " *Piſiſtrati* filius, ità Carminibus *Homeri* delectatus " eſt, ut lege ſanciverit, Quinto quoque anno, in " *Panathenæis*, ea publicè per Rhapſodos decantari " debere. Hunc *Hipparchum*, Muſis tantoperè faventem, idem *Socrates* ibidem vocat ἄνδρα ἀγαθὸν καὶ σοφὸν, Virum Probum & Sapientem. Et de Sapientibus ejuſdem & Utilibus ſententiis, quas, Populi inſtruendi causâ paſſim evulgandas curavit, ità idem *Socrates* ibidem, Ἐπειδὴ δὲ αὐτῷ οἱ περὶ τὸ ἄστυ τῶν πολιτῶν πεπαιδευμένοι ἦσαν, καὶ ἐθαύμαζον αὐτὸν ἐπὶ σοφίᾳ, ἐπιβουλεύων αὖ τοὺς ἐν τοῖς ἀγροῖς παιδεῦσαι, ἔφηνεν αὐτοῖς Ἑρμοῦ κατὰ τὰς ὁδοὺς, ἐν μέσῃ δὲ ἄστει, καὶ τῶν Δήμων ἑκάστων· Κἀπειδὴ ὑπὸ σοφίας τὸ αὐτοῦ, ἣν τ' ἔμαθε, καὶ ὃν αὐτὸς ἐξεῦρεν, ἐκλεξάμενος, ἃ ἠγεῖτο σοφώτατα εἶναι, ταῦτα αὐτὸς συνείναις εἰς ἔλαττον, αὐτοῦ ποιήματα καὶ ἐπιδείγματα τὰ σοφίας ἐπέγραψεν. ἵνα πρῶτον μὲν ἐν Δελφοῖς γράμματα τὰ σοφὰ ταῦτα μὴ θαυμάζοιεν οἱ πολῖται αὐτοῦ, τό, τε Γνῶθι σεαυτόν· καὶ τὸ, Μηδὲν ἄγαν, καὶ πάλλα τοιαῦτα· ἀλλὰ τὰ Ἱππάρχου ῥήματα μᾶλλον σοφὰ ἡγοῖντο· ἔπειτα παρέλιπεν ἄνω καὶ κάτω

τω ϗ ἀναγινώσκοντες ϗ μῦθον λαμβάνοντες αὐτοῦ τ σοφίας, φειτῶν ἐπ τ ἀρχῶν ϗ ἐπὶ τὰ λοιπὰ παιδευτηρίοις ἴσον ϗ δύο τὰ πρεσβεύοντα, ἓν μὲν τοῖς ἀπ' Αἰσιτρατ Ϗ Ἑρμοδ ἐκάστω, ὃ ἐπιγέγραπται λέγων ὁ Ἑρμῆς, ὅτι ἐν μίσῳ Ϗ ἄστ ϗ Ϗ δήμου ἔσηκεν· ἓν ϗ τοῖς ἐπὶ δεξιᾶ, Μνῆμα τόδ' Ἱππάρχου· σοῖς δίκαια φρονῶν. Ἔστ ϗ τ ποιημάτων ϗ ἄλλα ἐν ἄλλοις Ἑρμαῖς πολλὰ ϗ καλὰ ἐπιγέγραμμένα· ἔστι ϗ δὴ ϗ τοῦτο ἐπὶ τῇ Σπιεραχῇ ὁδῷ, ἐν ᾧ λέγει, Μνῆμα τόδ' Ἱππάρχου· μὴ φίλον ἐξαπάτα.

Nec *Hipparchum* hunc talem tantúmque Virum, ab *Harmodio* & *Ariſtogeitone* occiſum, ob vim ullam *Harmodio* intentatam, vel ob ejuſdem *Harmodii* ſororem à *Canephoriæ* honore excluſam, *Socrates* contrà vulgi opinionem aſſerit; verùm dicit, hoc ab iis factum ex Invidiâ; quòd cùm illi Sapientiæ cujuſdam reconditioris Doctores videri vellent, ab *Hipparcho* longè ſuperarentur, Λέγεται ϗ, ὡσὸ τ γενεσσέων ἀνθρώπων ϗ ὁ θάνατος αὐτῷ γένοιτο, ἐὸν ἀ οἱ πολλοὶ φήσουσιν. Διὰ τὴν τ ἀδελφῆς ἀτιμίαν, τ Κανηφορείας, ἐπὶ τοῦτό γε ξύνηθες· ἀλλὰ τ μ Ἁρμόδιον γεγενῆναι παιδικὰ Ϗ Ἀριστογείτονος, ϗ πεπαιδεῦσθαι ὑπ' ἐκείνου μέγα δ' ἐφρόνει ἄρα ϗ ὁ Ἀριστογείτων ἐπὶ τῷ παιδεῦσαι ἄνθρωπον, ϗ ἀνταγωνιστὴν ἡγεῖτο εἶναι τ Ἵππαρχον· ἐν ἐκείνῳ ϗ τῷ χρόνῳ αὐτὸν τ Ἁρμόδιον τυγχάνειν ἐρῶντά τινος τῶν νέων τι ϗ καλῶν τ τότε· ϗ λέγουσι τοὔνομα αὐτοῦ· ἐγὼ ϗ δ' ἐπιμνησθεὶς τ ἓν νεανίσκον τοῦτον τίνος μὲν θαυμάζειν τόν τε Ἁρμόδιον ϗ Ἀριστογείτονα, ὡς σοφούς· ἔπειθε συγγενόμενον τῷ Ἱππάρχῳ καταφρονῆσαι ἐκείνων· ϗ τὸς παραλογήσασθαι ταύτῃ τῇ ἀτιμίᾳ, ὅπως ἀποκτείναι τ Ἵππαρχον.

Et ſub *Hipparcho* ſanè *Athenienſes* Aureo Seculo fruebantur; nec enim, niſi illo Occiſo, *Piſiſtratidarum* Dominatio cuiquam gravis; at tunc tandem *Hippias* ferocior factus & acerbior, præque irâ & metu, in Cives crudelior; ut idem teſtatur *Socrates* ibidem. Ἐγὼ δέ σε ἐμοὶ ὄντα φίλον οὐ δίκαιος ἐγκαταλείψω, ϗ Ἱππάρχῳ τούτῳ ὄντι ἀπιστῶ· ὃ ϵ ἀποθανόντος,

τελέα

τελεία ἔτη ἐτυραννεύθησαν οἱ Ἀθηναῖοι ὑπὸ Πεισιστράτου Ἱππίου καὶ πάντων τῶν παλαιῶν ἤκουσας, ὅτι ταῦτα μόνα τὰ ἔτη Τυραννὶς ἐγένετο ἐν Ἀθήναις, τὸ δ' ἄλλον χρόνον ἐγγὺς τριάκοντα ἔτη Ἀθηναῖοι, ὥσπερ ἐπὶ Κροίσου βασιλεύοντος.

XXXII. Ità *Polycratis* tempore, dum illi nempè convixit *Anacreon*, Virorum clariſſimorum conſortio, *Polycratis* Amicorum, credibile, eſt illum gaviſum, Doctorum certè hominum; qualis *Pythagoras Samius*, *Democedes* Medicus *Crotonienſis*, & alij; ſub *Hipparcho* etiam *Simonidis* ſenioris familiaritate uſum, *Onomacrati* Rhapſodi, & *Chœrili* quoque Tragici *Athenienſis*, qui paulò poſt *Theſpin*, & ante *Phrynichum*, Fabulas CLX. docuit, *Athenis*; floruitque *Olympiade* LXIV. & deinceps, teſte *Suidâ*, nempè paulò ante *Æſchylum* natum. In hâc urbe videtur *Anacreon* delicias ſuas maximas poſuiſſe, ob populi iſtius delicatiorem Genium, mirabilémque ergà Literas & Literatos faventiam, quare *Athenas* inter urbes ſibi amatas priorem recenſet, & ex eâdem præcipuos ſuos Amores memorat, v. 505.

Πρῶτον μὲν ἐξ Ἀθηνῶν
Ἔρωτας εἴκοσιν ἦγες,
Καὶ πεντακαίδεκ' ἄλλους.

Sub his itaque Duobus Patronis talibus & tantis, par eſt credere, *Anacreontem* plurima ſcripſiſſe, præter ea, quæ jam nunc extant, quæque in hâc Editione noſtrâ viſuntur; qualia ſunt Ἡμιάμβεα συμποσιακὰ, ἢ Παροίνια μέλη, Σκόλια, Ἐρωτικὰ, Ἐλεγεῖα, Ἴαμβοι, Τροχαϊκοὶ, Ὕμνοι, Ἐπιγράμματα, καὶ τὰ καλούμενα Ἀνακρεόντια, Ἰδοὺ πάντα διαλέκτῳ, ut rectè *Suidas*. Et horum ſingulorum Operum nonnihil hæc præfert Editio noſtra. Plura tamen aliquammulta ſcripſiſſe perhibetur, inter quæ *Ulyſſis* pium in *Penelopen* amorem nobili Poemate celebravit, cujus ſolius causâ & deſiderio *Circen* ſimul & *Calypſo*, Immortalitatem licet illi offerentes, repudiavit, ut *Homerus* oſtendit, *Odyſſ.* η. v. 255. &c.

hoc

hoc certè nobis *Horatius* liquidò indicat, l. 1. §. XVII.

———*Et fide* Teïâ
Dices laborantes in uno
Penelopen, *vitreámque* Circen.

Extabat olim illius Poema, cui titulus Ὕπνος, *Somnus*, cujus fragmentum laudat *Nicandri* Scholiaſtes, ut oſtendimus ad v. 1168. Quin & Ῥιζοτομικὰ *Anacreontem* ſcripſiſſe teſtatur idem *Scholiaſtes* ad *Nicandri* Θηριακὰ, v. 596. Ἱππομάχου ——ἔτως ὠνόμασαν, ἀφ' ὧν τὴν τῶν ἵππων θεραπείαν· τοῦθ' ὃ Σμυρνεῖον καὶ Κοψεῖον καλοῦσί τινες, ὡς Ἀνακρέων ἐν τῷ περὶ Ῥιζοτομικῆς. Sunt quidem, qui putent hìc erratum latere, & Ἀνακρέων pro Διονύσιος poni, qui aliàs ab eodem *Scholiaſtâ* laudatur ἐν τῷ περὶ Ῥιζοτομικῆς, quaſi non plures uno poſſent de eâdem ſcribere materiâ; nec deſunt, qui de alio *Anacreonte* dictum putent, de quo tamen nunquam audivimus; quaſi incredibile prorſus eſſet, *Anacreontem* paritèr Medicinæ & Verſibus operam navâſſe; cùm tamen *Apollo* Medicinæ præſit & Carmini; & *Anacreon*, præter magnitudinem Doctrinæ, & Indolis felicitatem, familiaritate etiam diù uſus ſit *Democedis*, Viri in rebus Medicis ſagaciſſimi; undè partè illum ſaltem Ἰατρικῆς attigiſſe, minimè improbabile: Præſertim cùm plures Magni *Medici* * ſint in *Poeticâ* non incelebres, quorum *Raphael Thoræus*, *Fracaſtorius*, & *Blackmorus* noſter Triumviratum non contemnendũ efficiunt. Ex *Strabone* quidem modò ad §. XXVII. oſtendimus, *Anacreontis* Carmina *Polycratis* mentione plena aliquandò fuiſſe; quanquam nihil ejuſmodi ad Nos uſque pervenerit; & *Lucianus* loco nuper-laudato. §. XXX. apertè innuit, *Illum Carmine proſecutum eſſe* Polycratis *calamitatem*, *Filiæque ejuſdem Peregrinationem aduſque* Perſas, *& vindictæ poſtulationem*, *quam* Dario

* *Cynth. Joh. Bapt. Gyrald.* Epigr. l. 1. §. 2.

fecerit

fecerit, contrà Oræten. Quòd ſi *Socratis* apud *Platonem* auctoritatem ſequamur, videtur *Anacreon* multa etiam in *Piſiſtratidarum* familiæ laudem, *Hipparchi* gratiâ, Literis mandâſſe. Ità enim illum loquentem ſuprà §. 111. induximus, Ἡ μὲν πατρὶς ὑμῖν οἰκία ἡ Κεϊτίς δ' Δρωπίδι, ἐκ μὲν Ἀναχρέοντος, καὶ μὲν Σόλωνος, καὶ μὲν ἄλλων πολλῶν ποιητῶν ἐγκεκωμιασμένη παραδίδοται ἡμῖν, ὡς δηφίεσθαι καλόν τε καὶ ἀγαθὴ καὶ τῇ ἄλλῃ λαμπρᾷ εὐδαιμονίᾳ. Undè & Nos alicubi præcipua *Anacreontis* Opera complectimur hiſce *Semiiambis*,

Ἀνακρέων ἔρωτας
Κύρων τε καὶ γυναικῶν,
Καὶμους τε καὶ Χορείας
Ἐσωφρόνησε μείλιχον.
Πειρασράτου δ' παῖδα,
Ἀδελφὸν Ἱππίαο,
Ἵππαρχον ἐκλείοντε·
Κλείοντε δ' αὖτ' ἀοιδῶν
Πολυκράτη τύραννον.

Et hæc omnia *Anacreontis* tam clara, tam jucunda, támque utilia Opera, *Simonidis* junioris ætate adhuc extabant integra; quod noto ad v. 1539. & longè etiam infrà; nam & *Horatii* tempora attigerunt, ut ipſe teſtatur l. IV. §. IX.

Nec ſiquid olim luſit Anacreon,
Delevit ætas.

Ideò luſit, inquit *Acron*, quià Jocis & Conviviis digna cantavit. Agnoſcimus quidem Nos ipſi ad v. 1079. *Arganthonii* Nomen excidiſſe *Anacreonti*, *Strabonis* ipſius tempore, qui ſub *Tiberio* floruit, ut ipſe notavit, l. 3. fol. 151. At hoc vel de Archetypo ipſius *Anacreontis* Autographo intelligendum, vel certè de unico illo Verſiculo, qui tamen à nobis ex Conjecturâ reſtituitur: Nam cætera ſanus erat & integer, illâ certè ætate, diúque ſeriús. Verùm circa finem Quarti poſt *Chriſtum* natum ſeculi hæc omnia *Anacreontis* multorúmque

rúmque aliorum Auctorum opera, iniquiorum Temporum injuriâ, tandem interciderunt; nec vola, nec veſtigium illorum Operum jam extat, niſi fortè ſiquas ex tanto Naufragio reliquias hinc indè in immenſo Doctrinæ pelago ſupernatantes offenderis; quarum partem benè magnam collegit primus *Henricus Stephanus*, reliqua nos ipſi, non tamen ſine longo tempore, multiſque vigiliis, adhibitâ etiam Amicorum aliquot curâ, quorum omnium laudatiſſimam operam adhibuit *Philologus* inſignis, Dominus *Joſephus Vaſſæus, Reginenſis* Collegii Socius meritiſſimus. At quid dicemus? Hoc tantum Elegantiæ *Græcæ* Γαζοφυλάκιον direptum fuiſſe & diſſipatum, non tam Hoſtium Violentiæ, quàm Amicorum Inſidiis tribuimus; non tam Barbarorum Ignorantiæ, quàm *Chriſtianorum* quorundam Vanitati & præpoſtero zelo acceptum ferimus. Hoc nobis luculentèr oſtendit *Johannes Medices*, poſtea PP. *Leo* X. dictus, his apud *Alcyonium* verbis, referente* *Colomeſio*, "Audiebam puer ex *Demetrio Chalcondylâ*, "*Græcarum* rerum peritiſſimo, Sacerdotes *Græcos* "tantâ floruiſſe authoritate apud *Cæſares Byzantinos*; ut integrâ illorum gratiâ complura de Vete"ribus *Græcis* Poemata combuſſerint, imprimíſque "ea, ubi Amores, turpes Luſus & nequitiæ Aman"tûm continebantur. Atque ità *Menandri, Diphili, Apollodori, Philemonis, Alexis* fabellas, & *Sapphûs, Erinnæ*, ANACREONTIS, *Mimnermi*, "*Bionis, Alcmanis, Alcæi* Carmina intercidiſſe. Tum "pro his ſubſtituta *Nazianzeni* noſtri Poemata; quæ "etſi excitant animos noſtrorum hominum ad fla"grantiorem Religionis cultum, non tamen Verbo"rum *Atticorum* proprietatem & *Græcæ* Linguæ e-

* *Paul. Coloneſ.* Κειμηλίοις Literariis, c. 15. ex *Alcyonii* l. de Exilio. Vid. *Laurentii Ingewaldi Elingii* Hiſtor. *Græcæ* Linguæ p. 115.

"legantiam docent. Turpitèr quidem Sacerdotes illi "in Veteres *Græcos* malevoli fuerunt; sed Integri- "tatis, Probitatis & Religionis maximum dedêre te- "stimonium. Idem testatur *Brodæus* in Antholo- giam fol. 400. *Anacreontis* Musa adhuc durat; quod ego falsum esse existimo; nam Episcopi & Pa- triarchæ *Constantinopolitani* dicuntur jam pridem ejus libros combussisse. Quod noto ad v. 1539.

XXXIII. Et credendum esset, simplici bonóque zelo factum hoc ab illis Patribus fuisse, si Versibus ipsi conscribendis operam non dedissent: Verùm quùm *Gregorius Nazianzenus* ex ipsius *Anacreon- tis* imitatione plurimos Versus scripserit, verendum est, Nè non Dolo malo, levíque & vanâ Ambitione fecerint, quòd nec Posteris relinquerent Eosdem imitandos, quos ipsi lubentèr essent imitati; præser- tim quùm non paucos in eorum scriptis nævos of- fendamus, quibus se simul in Arte *Poeticâ* & *Gram- maticâ*, satis imperitos ostenderint, quod de *Synesio* quoque & *Apollinari*, aliísque notandum. Scio qui- dem Magnos illos fuisse Viros & in Ecclesiâ Dei non incelebres; at hoc illorum consilium damnârunt, ante me, multi Magni, Gravésque Viri, nec illis ul- latenùs inferiores, quos inter omnium Patrum elo- quentissimus D. *Johannes Chrysostomus*; cujus for- tuitæ quidem in hâc parte Curæ primùm, deindè Auctoritati, debemus; quòd non totus *Aristophanes* eodem etiam tempore perierit. Non tam altum vulnus Literis inflixit *Julianus ὁ παραβάτης*, qui hos Auctores procul à *Christianorum* manibus reservari voluit, sibi suísque interim permittens; quòd nempè Inviderit nobis hanc tantam Doctrinam. Nec *Na- zianzeni ὁμώνυμος*, *Gregorius* Magnus, *Saxonum* nostrorum Patrum Apostolus ille quidem primò de- signatus, mox PP. factus. *Augustini* Monachi ad eandem Missionem promotor & auctor, non ille minùs in *Latinas* Literas peccavit; quandò Biblio- thecam illam *Palatinam Romæ* comburendam cura-

vit,

vit, ſub auſterioris Sanctimoniæ ſpecie: quanquam potiùs feciſſe crediderim, Nè ejuſdem ſcilicet *Magna Moralia*, præ multis libris inibi latentibus, nimis oppidò vileſcerent.

XXXIV. At quicquid tandem id fuerit, quod nos *Anacreontis* laborum ex majori certè parte privavit, illius tamen Coævi & Æquales, quorúmque Vita, Fama, & Doctrina illuſtris, ipſúmque & ipſius Opera magno in honore ſemper habuerunt. De *Polycrate* & *Hipparcho* vidimus, qui illius Conſiliis & Conſortio gaudebant; quùm ipſi eſſent omnium ferè ſui temporis Nobiliſſimi, Sapientiſſimíque. Et illius Imago poſita eſt in *Athenienſium* Acropoli, ab *Hipparcho*, ut credibile eſt, cujus ſolius tempore *Athenis* viſebatur. Illa *Pauſaniæ* ætate ſtabat juxta *Periclem* & illius patrem *Xanthippum*, omnium ferè *Athenienſium* clariſſimos, Duces & Archontas, *Attic.* l. 1. §. xxv. Τῷ Ξανθίππῳ πλησίον ἕστηκεν Ἀνακρέων ὁ Τήϊος, σχεδὸν μετὰ Σαπφὼ τὴν Λεσβίαν, τὰ πολλὰ, ὧν ἔγραψεν, Ἐρωτικὰ ποιήσας· καὶ οἱ τὸ χρῆμα ἐστὶν, οἷον ἀδόντι ἂν τις μέθυ γένοιτο ἀνθρώπῳ. *Juxtà* Xanthippum *ſtabat* Anacreon Teïus, *qui primus, poſt* Sappho Lesbiam, *magnam Carminum ſuorum partem circa Amorem ſcripſit. Illius ſpecies eſt velut Hominis præ ebrietate cantillantis.* Et hæc erat *Sculptorum* & *Pictorum* ſenſus *Hieroglyphicus*, felíxque & elegans Audacia; ut quandò Poetam aliquem formarent, in *Homine*, *characteris* Imaginem deſignarent. Nec enim credibile eſt, *Ebrioſi* hominis ſtatuam in Arce *Athenarum Hipparchium* poſuiſſe, certè non ut *Ebrii*, ſi honorare vellet; ſin minùs, nè ſtatuâ quidem omninò dignatum fuiſſe. Ità *Timotheum*, *Athenienſium* Ducem Pictores in tentorio dormientem pingebant, *Fortunámque* illi ad Caput aſtantem, Urbéſque multas in Rete attrahentem; ut ænigmaticè oſtenderent, Maximos illius ſucceſſus *Fortunæ* debitos, *Ælian.* Var. Hiſt. lib. xiii. c. xliii. Ità *Galaton Homerum* pinxit ſtrenuè vo-

mentem, reliquósque Poetas illius vomitum reſorbentes; ut hujus Ingenii Luxuriantem Copiam atque Exceſſum, illorum ſordidam & ſervilem in illo imitando æmulationem exprimeret, *id.* ibid. cap. xxii. Ità *Gratias* olim veſtibus indutas, tandem Nudas pinxêre; ut Beneſaciendi apertam ſimplicitatem innuerent; Vid. *Gisberti Cuperi* Apotheoſin *Homeri* pag. 27. Ità *Cynægirum* cum duobus brachiis pinxit *Phaſis*, licèt utroque privatum; quòd eorum diſpendio immortale nomen eſſet nactus, ut *Antholog.* fol. 313.

Ἀλλὰ σοφός τις ἦεν ὁ ζωγράφος· ἐκ σὲ χερῶν
Νόσφιτε, τὸν χειρῶν ἔπνεεν ἀθάνατον.

Doctus erat Pictor; manibus nec te ille carentem
Pinxerat, à Manibus cui data Vita fuit.

Hic tamen *Pictorum* uſus, Imperitorum hominum animos ſæpè in errorem traxit; & illa *Anacreontis* Imago à *Pauſaniâ* deſcripta indoctos in falſam illam opinionem induxit, quòd ipſe *Anacreon* eſſet Ebrioſus; quam & Poetarum ingenioſa Licentia confirmavit inſupèr & auxit. Nec in ſuâ Patriâ hic Vates prorſus erat inhonoratus; elegans enim ei ſtatua poſita erat in Urbe natali, *Teo*; de quâ *Theocriti* extat Epigramma, quod Nos inter *Anacreontia* ponimus ad finem hujus libelli, v. 1616. Et ſanè poſt *Cyri* deceſſum, *Teïorum* plurimi ex *Abderis Thraciæ* redierunt, Patriámque urbem nullo negotio recuperârunt, ut ad v. 1532. notamus; & toto *Cambyſæ* tempore omni moleſtiâ carebant. At *Dario* regnante, *Ioniæ* populi, *Athenienſium* ope adjuti, *Lydiæ* Metropolin *Sardes* combuſſerunt; quâ indignitate motus *Darius* tum primùm bellum *Perſicum* meditabatur, & contemptis *Ionibus*, eorum Patronis *Athenienſibus* omnem iram & indignationem reponit; quæ tandem in campis *Marathoniis* exarſerunt, & ſub ejuſdem filio *Xerxe* poſteà flagrantiùs. Quare *Teïorum* Civitas & omnis ferè *Ionia* longâ pace florebant, &, quæ tunc temporis propria ferè Eruditorum

rum præmia, *Anacreonti* Effigiata numiſmata cuſa, Statuæ & Imagines etiam in ſuâ Patriâ poſitæ; olim enim extabat & etiamnum, in *Johannis Fabri Bambergenſis*, Illuſtrium Virorum *Iconibus*, exhibetur in *Fulvii Urſini* numiſmate æreo, *Anacreontis* Imago, de quâ hæc idem *Faber*, "Caput *Anacreontis* poetæ, "qui unus fuit è Novem *Lyricis*, ex Nummo æneo, "Mediæ magnitudinis, repræſentatum eſt. Qui "Nummus à populo, Inſulam *Teon* incolente, in "honorem Civis ſui cuſus eſt; ità ut hinc Caput ip- "ſius Lauro coronatum, unà cum Nomine ejuſdem "ANAKPEΩN, illinc Nomen Patriæ THIΩN, item- "que *Bathylli*, tantoperè ab *Anacreonte* celebrati, "Imaginem exprimeret; ſicut ex Literis, quæ in or- "be Nummi tales viſuntur BAΘYΛΛOΣ, intelligitur. Et hujus Nummi meminit *Gronovius* & *Gisbertus Cuperus*, ut mox videbimus. Dominæ *Dacier* Editio poſtrema Nummulum quidem exhibet cum *Anacreontis* Imagine; verùm de eo nihil illa nobis; nec undè habuerit, conſtat. At *Faber Bambergenſis* progreditur, "Alia, inquit, Effigies huic perſimilis, in "quâdam pulcherrimi coloris Cornioli, apud *Ful- "vium Urſinum* conſpicitur, ab excellente Artifice "ſculpta; quam à quodam *Anacreontis* & Poematum "ejus ſtudioſo, in Annulo geſtari ſolitam credidérim. Fortean hinc ſuam Dna *Dacier* hauſit. *Cuperus* certè prædictus in *Homeri* Ἀσπὶς, p. 3. inter aliorum, *Anacreontis* etiam Imaginis, ære expreſſæ, meminit, "Sed nè ſignatos Metallis vultus omittam, *Al- "cæus, Pittacus, Sappho, Mitylenenſium*; ANACREON "*Teiorum*; *Aratus* & *Philemon*, *Solenſium*, ſive *Pom- "peiopolitarum*; *Pytheus*, *Colophoniorum*; *Hippocrates*, "*Coiorum*; *Pythagoras Samiorum*; alii aliorum populorum, in Numiſmatis occurrunt.

XXXV. Ità quidem *Anacreon* ipſe lætis, ut plurimùm, uſus temporibus, digno ſemper in honore habitus eſt à ſuis & ab aliis. Omni ferè *Cambyſæ* tempore cum *Polycrate* vixit, excepto quod ali-

quandò Patriam Teon inviſerit; aliquandò etiam *Lesbon* & *Mitylenen*, *Sapphûs* conveniendæ gratiâ, cujus Ingenio plurimùm delectabatur, ut oſtendimus ad §. XVII, navigârit. Circa triceſimum ſeptimum ætatis annum, *Athenas* ad *Hipparchum* ſe contulit, ubi ſeptem fermè annis moratus, in Patriam tandem, eſt reverſus, paulò ante *Hipparchi* cædem qui ab *Harmodio* & *Ariſtogitone*, Olympiade LXVI. obtruncatur; & tunc *Anacreon* annum ætatis agebat Quadrageſimum quartum; quandò videtur Hæreditatis Paternæ adminiſtrationem ſuſcepiſſe. Villa erat illi ſatis ampla extrà Urbem, quâ ut plurimùm verſabatur, Naturæ delicias & Ruris quietem contemplans; undè & Mare *Ægæum*, & Inſulæ inibi ſparſæ aſpectui patebant; ubi & Vindemiæ vacabat, aliiſque operibus ruſticis; de quibus extat *Ode* XXXVII.

Viden', ut, micante Vere,
Charites Roſis abundant!
Viden', ut jam æquoris undæ
Poſuit ſuum furorem!
Viden', ut jam nat Anas, &
Remeare incipit ut Grus!
Nitidè refulget ut Sol!
Nebulæ fugantur atræ:
Hominum nitent Labores;
Tellus parturit Herbas;
Fructúſque Olivæ germinat;
Bromii redimitur humor:
Fronde ſub omni & folio
Fructus floret opimus.

Vindemiarum delicias celebrat geminis ſuaviſſimis *Odis*, L. & LII. quas ex ipſo fonte dulciùs hauriet Lector. Dum in hâc villâ degebat *Anacreon*, contigit aliquandò, ut ad *Teon* urbem iret, unà cum Famulo & Cane fidiſſimo, Marſupióque nummis ſufferto; nam ad Equos emendos ibat. Inter eundum, Famulus ex viâ ad Ventris exonerationem

ſeceſ-

ſeceſſit; & tandem, Marſupio per oblivionem relicto, rediit ad Dominum, atque ità rectà ſimul versùs urbem tendebat, nec de Nummulis adhuc cogitabat; quibus tamen intereà Canis aſſiduè invigilabat. Re igitur, propter nummorum defectum, infectâ, paucis poſt diebus, eâdem redeuntes, quùm videret Canis, occurrens ſtatim oſtendit iis Marſupium adhuc à ſe cuſtoditum, & continuò expiravit. Hanc Hiſtoriam ità narrat *Johannes Tzetzes*, Chiliad. IV. §. 131. v. 235.

Τῷ Τείῳ Ἀνακρέοντι ποθὲς Τέϊον ἐρχομένῳ,
Μετὰ οἰκέτου καὶ κυνὸς, ὠνήσασθαι χρείωδη,
Ὡς ὁ οἰκέτης ἐξ ὁδοῦ ποθὲς ἔκκλισιν ἀπῆλθε,
Καὶ τὸ κυνάριον αὐτῷ ἐκεῖ συνηκολούθει·
Ὡς δέ γε τὸ βάλαντιον λήθῃ κεῖθεν ἀφῆκεν,
Ἴζῆσαν τὸ κυνάριον ἐφύλαττεν ἐκεῖνο·
Ὡς δ' ἐκ τ' Τέου πάλιν αὐτὴν, ὑπέστρεφον ἀπροόπτως,
Κατῆλθε τὸ κυνάριον ἀπὸ τοῦ βαλαντίου,
Τὴν παρθήκην δείξάν τε ἀπέψυξεν εὐθέως,
Πολλοῖς ἡμέραις ἄσιτον ἐκεῖνο μεμενηκώς.
Anacreonte Teio Teon olim ventitante,
Cum Famulo & Cane, ut emerent neceſſaria,
Ut Famulus è viâ ad exonerandum abiit,
Canis etiam illi eodem conſequebatur.
Ut verò ille Marſupium oblivio captus reliquit,
Aſſidens Canis cuſtodiebat illud:
Quùm ergò ex Teo redirent eâdem, re infectâ,
Devenit Canis illicò à Marſupio,
Depoſitumque oſtendens expiravit ſtatim;
Quùm pluribus diebus jejunus ibidem manſiſſet.

Hanc ego hiſtoriolam, ſive ad *Anacreontis* Candorem declarandum faciat, ſeu ad ejuſdem Genii felicitatem ſignificandam, ſine ullo pſeudo-Criticorum reſpectu, exhibendam curavi; ut qui ſciam, apud *Homerum*, *Virgilium*, *Plutarchum*, *Ælianum*, *Busbequium*, aliósque graviſſimos Auctores, multa de Canibus

nibus narrari, quales fuêre *Ulyſſis*, *Telemachi*, *Evandri*, *Atalantæ*, *Xanthippi*, *Hieronis*, *Tobiæ*, quibus omnibus vis Naturæ miranda nobis indicatur.

XXXVI. Si nunc *Anacreontis* Artem, Ingenium, Doctrinam, Judicium, Dexteritatem, Elegantiam, conjunctam cum *Ioniæ* Dialecti Suavitate *Atticarum* deliciarum Copiam, & *Græcæ* Linguæ eximiam Facundiam delicatioribus Poeſeos floribus intextam, ſingulatim oſtenderem, & mole nimiâ hanc Vitam cumularem & actum prorsùs agerem; quùm in ipſo Opere paſſim hæc ſingula notaverim. Verùm Ἀφέλεια illius hìc minimè prætereùnda, quam in Moribus tantoperè laudat, v. 1198. & in ſcriptis paſſim exhibet. De hâc illius, præ aliis, inaffectatâ *Simplicitate*, ità *Hermogenes*, περὶ Ἀφελείας, §. 2. 3. Καὶ παρὰ τῷ Ἀνακρέοντι δ' ὡσαύτως, —— ὁρᾷς, ὅσον τὸ ἀφελὲς τῆς γναμπτῆς. Plura nos ſuis in locis, ut v. 146. 192. 294. 639. &c. de hâc re notamus. *Sublimitatem* ipſe quidem à ſe libentèr amovet, *Odâ* I. quanquam aliàs nec omninò ſibi prorsùs incognitam fatetur, ut XLVIII. quâ quidem altiùs ſolito inſurgit, ut etiam in *Odis* LXIV. XCIII. CI. ideóque apertè ſibi poſtulat *Homeri* Lyram, quanquam illam bellico nervo mulctatam, ut v. 754.

Δότε μοὶ λύρην Ὁμήρου,
Φορμίγγος ἄνδρα χρῄζω.

Contra quod ingenioſus Pater, *Renatus Rapinus*, in Reflexionibus cap. XIV. & XIX. de eo aſſerit, qui Elegantiam illius Ingenii admirabilem agnoſcit, at minimè *Sublimem* vult concedere; quanquam aliud ipſe *Sublimitatis* optimus Judex *Longinus* de noſtro fateatur, §. 31. Erat certè, ut *Pindarus* ait, Σμικρὸς ἐν σμικροῖς, μέγας ἐν μεγάλοις. Ità *Horatius* ſæpè altiùs inſurgit, quanquam & ille Modeſtiâ, vel Mollitie ductus, *Sublimitati* penitùs abrenuntiet, quod verbis tantùm facit, re ipsâ non item. At *Suavitatem Anacreontis* non inſuavitèr nobis commendat *Scaliger*, Poeticæ lib. I. cap. XLV. " *Anacreon*, in-

" quit,

"quit, in Ἐρωτικοῖς excellit adeò, ut ejus Dictio "quovis *Indicæ* arundinis ſucco dulcior mihi videa- "tur. Et aliàs, Apud *Anacreontem* alternantur *Io-* "*nicus* & *Anapæſtus*, non ſine fatali illi Viro Venuſta- "te, lib. 11. cap. XXI. vid. ad v. 1221. Verùm de Jucunditate & Suavitate *Anacreontis* plura Nos in *Prolegomenis* ad §. IX. Vim autem & *Suadelam* mirantur omnes & collaudant; & inter Lyricorum *Novem* commendationes, hæc ferè *Anacreontis* propria fuiſſe agnoſcitur, §. XXVI. Πειθὼ Ἀνακρεόντι συνίστορα, *Suada* Anacreontem *comitatur*, Antholog. lib. I. cap. LXXVII. fol. 92.

XXXVII. Ipſe quidem *Anacreon* paucos habuit, quos imitaretur, *Homerum* nempe, *Heſiodum* & *Archilochum*; at *Anacreontem* longus ordo Poetarum eſt imitatus; ut paſſim in Notis oſtendo. Nempè *Pindarus* v. 82. 994. 1016. 1022. *Sophocles*, ut oſtendo in Prælectionibus *Sophocleis*, *Euripides*, v. 929. *Anacreon* v. 724. Ὁ δ' Ἔρως χολὴν ἔμισγεν. unde *Catullus*, de *Venere*, Quæ dulcem Curis miſcet Amaritiem. *Virgilius* eundem imitatur, v. 1308. *Anacreon* poculo ſuo appingit Vitem & Racemos, v. 272. *Virgilius*, Pocula memorat, Eclog. 3. v. 38.

Lenta quibus torno facili ſuperaddita Vitis
Diffuſos Hederâ veſtit pallente Corymbos.

Horatius, v. 206. 218. 249. 482. 922. 946. 1026. 1088. 1297. Ità ex illo *Anacreontis*, v. 790. Νόον ἐς θεὸς αἴρῃσι, *Horatius* illud procudit, *Terrarum Dominos evehit ad Deos*, Γαίης ηγεμονίους ἐς ὑπερνίωνας ἀείρει. Plures præterea in Notis noſtris apparent *Anacreontem* imitati, ut *Anonymus* v. 71. 229. 231. Item *Agathias*, Od. XII. & v. 206. & *Antipater* v. 1279. Item *Argentarius*, ibid. *Anacreon* dixit, v. 391. Ἄγε, ζωγράφων ἄριστε. *Glaucus*, Antholog. fol. 312. Ζωγράφων ὦ λῷστε. Noſter dixit, v. 683. Φιλολοιδόρημα γλώσσης. *Muſæus*, v. 183. Γλῶσσα γὰρ ἀνθρώπων φιλοκέρτομος. Confer cum *Anacreontis Odâ* primâ, *Bionis* Idyll. 4. à v. 8. ad

v. 12.

v. 12. *inclusivè* & ad *Anacreontis* illud v. 19. Τοῖς ἀνδρώσιν φρόνημα, ejusdem illud, Μορφὴ ϑηλυτέρης πίλῃ κρύπτεται· ἀνέρες δ' ἀλκῇ. Ità *Anacreontem* imitatur *Dionysius* sophista, v. 307. *Theocritus* v. 307. & *Od.* XL. in ipso Argumento. *Nonnus Panopolita* nostrum imitatur, v. 132. 1308. *Meleager* & *Ovidius* v. 307. *Boetius* de Consolatione Philosophiæ *Anacreontis* numeros non rarò usurpat, ut

Habet omnis hoc Voluptas;
Apiumque par volantúm,
Ubi grata mella fudit,
Fugit, atque agit furentes
Stimulos.

Imitatur illum *Oppianus* v. 1247. *Plautus*, v. 230. *Gregorius Nazianzenus*, v. 241. & in hâc *Vitâ* §. XXXIII. *Prudentius* & *Synesius*, v. 1199. *Guidobaldus Bonarellus*, *Italicè*, v. 526. *Marcus Antonius Flaminius*, *Latinè*, *Couleius* noster & 39 alii *Anglicè*, *Henricus Stephanus*, *Græcè & Latinè*, ut & Nos ipsi, v. 71. 414. 418. 1431. 1662. 1680. 1699. 1718. cum innumeris aliis, quorum omnium eò major laus semper habita, quo meliùs eum sint imitati. Nec prætereundus nobis *Georgius Buchananus*, *Anacreontis*, ut & aliorum Poetarum, æmulator haud infelix, qui *Oden* XIX. ità vertit,

Et Terra sicca potat,
Terrásque Sylva & Aura;
Sylvas & Æquor Auras:
Et Sol repotat Æquor,
Et Luna Solem. Iniquè
Incessitis, sodales,
Me; quòd bibam libenter.

Eandem Oden *Maximilianus Vrientius* ità Imitatur, Epigr. l. 4

Terra

Terra Parens venis ſitientibus imbibit Imbres;
Tellurem atque Imbres Arbor alumna bibit:
Oceanus ſalſo ſparſos bibit æquore Ventos;
Sol avido Oceanum flammeus ore bibit.
Solis inardentis radios bibit ebria Luna;
Rurſus & hanc Euri, Terra, Salúmque bibunt:
Cuncta bibunt ſurſum ſpirantia, ſive deorſum;
Dis Styga, Dii pleno Nectar ab ore bibunt.
Omnibus ergò ſimul cùm ſit Lex una bibendi,
Cur Homines ſimili non quoque Lege bibant?

Ovidius locum levitèr tangit, *Terraque cæleſtes arida ſorbet Aquas.* *Johannes Secundus*, cujus Poema de * Baſiis, & Epithalamium, magnoperè laudantur, ex *Anacreonte* ſic cecinit, *Od.* XVII.

Heus, Deus ergò agedum, Calicem mihi cudito jam nunc
Argento benè tornato, Vulcane; *ſed amplum,*
Atque cavum, & Bacchi, *quantum potes, eja capacem.*
Inque hoc non Currus, non triſtia Sydera ſculpe;
Non hunc crudelis, non ambiat udus, Orion:
Sed Vites mihi fac Viridis, ipſumque Lyæum,
Et Charitas, *blandam &* Venerem, Veneriſque *puellum.*

Verùm *Henricus Stephanus* totum ferè *Anacreontem Latinâ* Verſione honeſtavit, (quam tamen *Paulus Colomeſius Johanni Dorat* tribuit, *Recuiel de particularitez*, pag. 109.) quod & *Elias Andreas* fecit. *Anglicâ* quidem Metaphraſi ex parte ornavit *Abrahamus Couleius*, Paraphraſi totum, qui tunc

---

* Ità Hug. Grotius
Dura mentis, iners, merumque rus eſt,
Si quem Baſia *non movent* Secundi.
Thomas Stanlæus Anglicè vertit, Poemat. p. 57.

extabat,

extabat, *Thomas Stanlæus*; qui & perpetuis eundem Commentariis, haud vulgaris Notæ, ornavit: *Bellaqueus & Longepierre Gallico* Metro donârunt.

XXXVIII. Nec *Imitatores* modò famam ex illo ſibi acquiſivêre; verùm & *Laudatores* haud pauci, præter quos ſuprà laudaverim, nempè *Herodotum*, *Socratem*, *Platonem*, *Athenæum*, *Ælianum*, *Maximum Tyrium* & innumeros alios πλείους, nam & multi illum alii Viri Docti, Poetæque clari egregiè laudârunt, quorum ego aliquot inſigniores inter *Anacreontia* exhibendos curavi, nempè *Antipatrum Sidonium*, ſive *Tyrium*, *Simoniden*, *Leonidam Tarentinum*, *Meleagrum*, *Eugenen*, *Dioſcoriden*, *Theocritum*, *Critiam Callæſchri* filium; de quibus ferè omnibus ſuis in locis, quæ ſufficiant, notavimus. Hoc tantùm de *Antipatro Sidonio* addendum ex *Cicerone* duximus, ad v. 1513. " Quid ſi *Antipater* ille " *Sidonius*, quem tu probè, *Catule*, meminiſti, ſoli- " tus eſt, Verſus Hexametros, alióſque, variis modis " atque numeris fundere extempore, tantúmque ho- " minis ingenioſi, ac memoris, valuit Exercitatio, ut " cùm ſe mente ac voluntate conjeciſſet in Verſum, " Verba ſequerentur. Quod alios *Anacreontis* Laudatores; aut Illuſtratores, attinet ut *Cælium Calcagninum*, *Henricum Stephanum*, *Abrahamum Couleium*, *Tanaquillum Fabrum*, eos etiam habes ad *Anacreontis* finem additos; *Faber* in ſuæ etiam Editionis Epiſtolâ Ded. *Anacreontem* egregiè laudat, quod & *Longepierre* facit eleganti Poemate *Gallico*; licet *Faber* ille, levitate uſus deſultoriâ, in Notis ad *Longinum*, eundem vulgari judicio uſus, flagitii damnet. Verùm nullo modò nobis hic omittendus videtur ~~*Angelus Politianus*, qui in *Nutritiâ*, de *Anacreonte*~~ ſic canit, v. 581.

Non ego, te, longo præſignis, Anacreon, *ævo,*
Tranſierim; bicolore caput redimite racemo:
Cui Citharæ cordi, cui nigri pocula Bacchi,
Semper & ancipiti ſtimulans Amathuſia *curâ.*

Nam

Nam modò Threïcii *crinem miraris ephebi;*
Nunc Samium *celebras (jubet* Adraſtæa*) Bathyllum;*
Nunc teneram Eurypylen, *tenerúmque* Megiſtea *laudas;*
Tandem Acino paſſæ cadis interceptus ab Uvæ.

XXXIX. Contra *Pindari* Scholiaſtæ Cavillationem, quòd *Anacreon* rogatus, cur in *Deos* Hymnos non ſcriberet, at in *Pueros*, reſponderit, *Hi etenim Dii ſunt noſtri*, nonnihil diximus ad *Oden* LX. Et prætereà ex hoc ejuſdem Opere abundè patere probo, *Hymnos*, propriè ità dictos, non paucos ab eodem ſcriptos; ut in *Venerem*, v. 144. Ad *Dianam*, Od. LX. Ad *Bacchum*, Od. L. Ἐπιλήνιος Ὕμνος in *Bacchum*, Od. LII. In *Amorem*, Od. LVIII. ὃν ὁ σοφὸς ποτὲ ὑμνῶν Ἀνακρέων πᾶσιν ἐπὶ διὰ στόματος, *Athenæ:* lib. XIII. fol. 600. In *Hymenæum*, ἐπιθαλάμιος ὕμνος, *Od.* LXII. In *Apollinem*, Od. LXIV. Et ſi omnia illius Opera extarent adhuc integra, credibile eſt, multò plures *Hymnos* proferri potuiſſe. Ità *Scholiaſtarum* & *Grammaticorum* aſſertiones iſtiuſmodi nihil nos debent morari; quin & præſtantium virorum Auctoritati & ſanæ Rationi potius aures accommodemus; cùm & Charitas, ut omnia in melius interpretemur, ſuadeat. Quare nunc, cum bonâ Lectoris veniâ, ad finem propero.

XL. Quùm his itaque ſtudiis deditus, & ab hujuſmodi Patronis charus habitus, diù vixerit, quibus etiam diutiùs ſupervixerit, inter *Ruris* amœnitates, & Urbis delicias reliquũ Vitæ diviſit, nunc Muſarum, nunc Amicorũ & *Bacchi* ſolatia adhibens, ut credibile eſt, Hominem Hilaritati & Literis devotum feciſſe. Atque ità ad ſeram uſque ſenectutem duravit, ad *Octogeſimum* nempè *Quintum* ætatis annum ſcilicet ab *Olympiadis* LV. anno *Secundo*, ad *Olympiadis* LXXVI. annum *Quartum*, Annum *Xerxis* 13, quandò *Sophocles Athenienſis* Tragicus *viceſimum quintum* ætatis annum ageret;

quod dico, quoniam in eundem extat Distichon *Anacreontis*, v. 1376. Quare aut affirmandum, *Sophoclem* Tragœdiam, in quâ *Æschylum* vicit, Triennio ante tempus in *Didascalicis* assignatum, egisse, vel certè magna & manifesta indicia hujusmodi Indolis Amicis antea dedisse, ut fieri solet; & clari danè Homines multò antè Ingenii sui specimina Amicis proferre solent, quàm Orbi Literato exhibere. Quod ad Buculam *Myronis* attinet, in quam duo extant *Anacreontis* Epigrammata, à v. 1342. dicendum breviter, vel *Plinium* totis Decem *Olympiadibus* errâsse in *Myronis* ætate assignandâ, vel illius Nomen & Opera ab hoc certe nostro *Anacreonte* minimè potuisse celebrari. Quòd *Anacreonti* LXXXV. annos suprà assignavimus, id non temerè factum: Nam ut illum vocat *Politianus*, longo præsignem ævo, *Lucianus* disertè in *Macrobiis*, sive *Longævis*, Ἀνακρέων, ὁ τῶν μελῶν ποιητὴς, ἔζησεν ἔτη πέντε καὶ ἐγδοήκοντα, *Anacreon*, *Lyricus Poeta*, *vixit annos quinque & octoginta*. At *Valerius Maximus* & Vitæ durationem amplificat & Mortis genus addit, lib. IX. c. XII. §. 8. "Sicut *Anacreonti* quoque, quamvis statum Humanæ Vitæ modum supergresso, quem Uvæ passæ "succo tenues & exiles virium reliquias soventem, "unius Grani pertinacior in aridis faucibus humor "absumsit. Idem *Plinius*, lib. VII. cap. VII. „Ut *A*"*nacreon* Poeta Acino Uvæ passæ, ut *Fabius* senator "Prætor, in lactis haustu, uno Pilo strangulatus. Idem *Angelus Politianus* suprà dixerat, §. XXXVIII. fine, *Tandem Acino passæ cadis interceptus ab Uvæ*. Et *Celius Calcagninus*, v. 1632.

At te, sancte senex, Acinus sub Tartara misit,
Cygnææ clausit qui tibi vocis iter.

Idem *Abrahamus Couleius* agnoscit in *Anglico* Poemate, quod à nobis *Græcè* redditum invenies ad v. 1431. &c. Idem Mortis genus *Sophocli* pòst eveniisse *Neanthes* & *Istrus* annotâsse traduntur, ut in *Græcâ Sophoclis* Vitâ; quin & *Petrus Crinitus*, de Honestâ Disci-

Disciplinâ, lib. 11. cap. VI. "De *Anacreonte* notius "est, quàm ut hoc pluribus debeat exponi, Eum scili-"licet pari obitu, ac *Sophoclem*, ex Acino Uvæ suffo-"catum. Quod *Sotades* memorat,

Σοφοκλῆς ῥᾶγα φαγὼν σταφυλῆς πτυχὶς τέθνηκεν.
Glutito Acino strangulat Uva te, Sophocles.

Et *Anthol.* fol. 274.

Ἐσβέθης, γηραιὲ Σοφοκλέες, ἄνθος ἀοιδῶν,
Οἰνωπὸν Βάκχῳ βότρυν ἐρεπτόμενος.

Erat verò & *Sophocles* ætate provectior, nempè *Nonagenarius*, quandò hoc Mortis genere *periit*. Funus *Anacreontis* magnâ erat elatum Pompâ, & Tumulatus erat in Patriâ urbe, *Teo*, quod *Simonides* testatur,

Οὗτος Ἀνακρεοντα, τὸ ἄφθιτον εἶνεκα Μουσέων
Ἰμερόπολον, πάτρης τύμβος ἐδέκτο Τέω.

Sepulchro Imago ejusdem impositа; de quâ *Theocritus* ad v. 1616. *Epitaphium* adscriptum, quod nescio, annon illud ipsum fuerit modò memoratum *Simonidis* Epigramma, quod infra occurret v. 1531. unà cum *Epicediis* aliorum nobilium Poetarum non paucis à v. 1513. ad v. 1576. *Latino* quoque versu à me donatis ferè omnibus, exceptâ scilicet unius parte.

Καὶ σὺ μὲ ἴσθι μακαρίτης, Ἀνάκρεον· ὅτι δ' ἄρα σεῖο
Εἴσομαι εἰς Ὀδυσῆα τὸ ἄφθιτον ἔργον Ὁμήρου.
Καὶ τάχ' ἐγὼ μετέπειτα γένωμαι ἄλλος Ὅμηρος·
Μαρλόειος δέ μοι ἔσται ἐν Ἀγγλιάδῃσιν Ἀχιλλεύς.

ΠΡΟΛΕ-

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

I. *Lyræ* Antiquitas & Varia Nomina; item Inventor primus. II. *Tres* ejuſdem Chordæ, mox *ſeptem*, dein plures. III. *Lyrici* Carminis Antiquitas & Uſus. IV. *Lyrici* Poetæ & *Lyrica* Poeſis. V. Ex eorum numero Antiquiſſimi. VI. Res Heroicas tractabant, leviores tamen materias plerumque amabant. VII. Hiſtoria *Lyricæ* Poeſeως apud *Græcos*. Novem *Lyricorum* Nomina. VIII. Fœminarum *Lyricarum* Novē Nomina. IX. *Anacreontis* Elogiū & Sublimitas. X. Quid requiritur in iis, qui de *Anacreonte* judicium ferunt. XI. Objectionibus quibuſdam occurritur. XII. De Metro *Anacreontico*.

I. TIMAGENES *Auctor eſt, Omnium in Literis ſtudiorum antiquiſſimum* Muſicen *extitiſſe, teſte* Quintiliano. *Et*

Lyræ

Lyræ *quidem Antiquitas indubitata; utpote, quæ ſub ipſo ferè Orbis initio, aliquot ante Diluvium generationibus, ſit à* Iubale *inventa, qui dicitur* Geneſeos *c.* 4. *v.* 21. Auctor omnium tractantium CITHARAM & Organon. *Vox* Hebræa *Cinnor, undè forſan* Græcum κινυρὸς *&* κινύρομαι, *certè* Joſepho *uſurpata vox* κινύρα, *&* Heſychius, Κινύρα) Ὄργανον μουσικὸν, κιθάρα. *Apud* Danielem *c.* 4. *v.* 5. Cathrom, *quaſi* Cithrom, *undè &* Græcum Κιθάρα. *Sunt & aliæ voces apud* Græcos, *ut* Λύρα, Χέλυς, Βάρβιτος, Φόρμιγξ, καὶ Συνεκδοχικῶς, πλῆκτρον, *ut & apud* Latinos, Lyra, Cithara, Barbiton, Chelys, Teſtudo, Fides, *&* Figuratè Plectrum, *aliquandò* Nablium *&* Pſalterium. *Rectiſſimè itaque* Athenæus, Τὸν γὰρ βάρβιτον καὶ βάρειτον, ὧν Σαπφὼ καὶ Ἀνακρέων μνημονεύουσι, καὶ τὴν Μάγαδιν, καὶ τὸ Τρίγωνα, καὶ τὰς Σαμβύκας ἀρχαῖα εἶναι· Ἐν γοῦν Μιτυλήνῃ μίαν τῶν Μουσῶν πεποιῆσθαι τὸν Λεσβοθέμιδος ἔχουσαν Σαμβύκην. *De* Lyræ *quidem Formâ adeundus*

eundus tibi Martinius *in Philologico Lexico; ubi etiam de Variis ejuſdem Nominibus & Generibus; quæ tamen apud Veteres illos parùm omninò, aut nihil, Diſcrepare videntur. Certè apud Poetas antiquos Res eadem videtur multis Nominibus inſignita; ut & apud Moderniores, qui* Harpam, Lutam, Guitarram *nuncupant; licet nonnulli putent,* Venantium Fortunatum *inter* Harpam *&* Lyram *diſtinguere,*

Romanúſque Lyrâ plaudat tibi,
Barbarus Harpâ,

quùm ille voces tantùm diſtinguat, hanc Barbaram, *illam* Romanam *vocans. Quare licet* Græci *Lyræ inventionem* Mercurio, *aut* Apollini, Amphioni, *aut* Lino, *aut* Muſarum *alicui tribuant, diſertè tamen Noſtras Literas* Iubali, *ab ipſo* Adamo *ſeptimo, illam tribuere ex ſuprà dictis conſtat. Vid.* Joſeph. Scaliger. *in* Manilii *Sphæram.*

II. Diodorus Siculus *Lyram à* Mercurio *inventam appellat* τείχορδον, *l.* 1. Tribus nervis ſonantem; *qualis*

qualis cernitur in nummo Bruti *apud* Piſonem *& deſcribitur in Fragmento Auctoris anonymi, qui cum* Cenſorino *editus eſt. Et de hâc re adeundus* Euſtathius *ad Iliad. σ'. v.* 570. *&* Cupérus *in* Homeri *Apotheóſi, p.* 32. *At* Homerus *ipſe* Septem *huic Lyræ fila tribuit,* Mercurii *Hymno, v.* 51. Ἑπτὰ δὲ συμφώνους ὀΐων ἐτανύσσατο χορδάς. Horatius *etiam* ſeptem *nervis inſtructam canit, l.* 3. §. XI.

Mercuri, nam te docilis magiſtro
Movit *Amphion* lapides canendo,
Túque, Teſtudo, reſonare *ſeptem*
Callida nervis.

Amphionis Thebani *Lyra, cùm* ἑπτάχορδος *eſſet, totidem* Thebarum *Portis, ab illius* Harmoniâ *extructarum, occaſionem dedit. Quin* ἑπτάγλωσσον φόρμιγγα Pindarus *vocat &* Orphei *Citharam* ἑπτάμιτον *fuiſſe notat* Virgilius, *Æn. l.* 6. *v.* 645.

Necnon *Threïcius,* longâ cum veſte, Sacerdos
Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum.

Quan-

Quanquam Festus Avienus Orphei *Lyram* Novem *Chordis*, *ad* Musarum *numerum*, *ut* Mercurii, Septem, *ad* Pleïadum *numerum*, *ratione habitâ*, *dicat*,

Hic jam fila novem docta in modulamina movit,
Musarum ad speciem *Musâ* satus: ille repertor
Carmina *Pleïadum* numero deduxerat. ———

At Regius ille Vates, Psalm. 33. *v.* 2. 92. *v.* 3. 144. *v.* 9. *Psalterium* δεκάχορδον *memorat plus semel.* Josephus ‡ *Antiq. Judaic l.* 7. *c.* 10. Citharam *ait plectro percuti solitam*, Nablium δωδεκάχορδον, *Duodecim esse chordarum & Digitis tangi consuetã.* Theocritus, *Idyll.* 16. *v.* 45. *indefinitè*, Βάρβιτον ἐς πολύχορδον. Timotheus Milesius *ad* Septem *Nervos*, *Quatuor alios addidit*, *ut esset jam Lyra* ἑνδεκάχορδος, *qualis hodiè* Apollinis *Cithara cernitur*, *in Picturâ holosericâ perpulchrâ*, *ad vetustissimum Archety-*

‡ *Vid.* Bythner. *in Psalm.* 33. *v.* 2.

pum

pum exemplar compoſita, quæ in Cubiculo meo, unâ cum Homero, Dianâ, Cydippe, Pallade & Cleopatrâ, *hodienum cernitur. Et quanquam* Timotheus *ille ex* Spartâ *ejiceretur*, Ephororum *Decreto, ob hanc ſuam innovationem, vid.* Cuperi *Apotheoſin* Homeri *p.* 33. *poſteà tamen, eò tandem licentiam progreſſam conſtat, ut &* ὀκτωκαιδεκάχορδον *fieret, & ipſe* Anacreon *v.* 1115. Μάγαδιν εἴκοσι χορδαῖς *inſtructam docet; nihilque magis hodiè notum, quàm* Harpa, *vulgò dicta*, Cambrica, *plus Quadraginta chordis ſonare docta.*

III. *Carmina, quæ ad Lyram canebantur*, Lyrica *audiebant; de quorum variis Generibus mox plura ad* § XII. *Et Antiquitas* Lyrici *Carminis tantùm non imperveſtigabilis; illius enim Initia, tum apud* Ægyptios *atque* Judæos, *tum apud* Phæacas & Græcos, *non alia fuiſſe, quàm in re ſacrâ, pluribus exemplis ex Antiquitate petitis*, Patricius, *non malus Antiquitatis indagator, evincit, ut* Famianus Strada *in Proluſionibus, l.* I.

§.

§. 4 *p.* 136. *Nec prima illa poſt ſecula, per ætates ſanè quamplures, aliò* Lyrici *ſpectârunt, quam ut Deorum laudes ac decora, aut Virorum fortium res præclarè geſtas, Hymnis ac Pæanibus, ad Templa & Aras, complecterentur; ut ſcilicet, eâdem operâ Honorem Superis atque Heroibus haberent & ad æmulationem captos admiratione Mortales invitarent. Quare, ſiqua Poeſis caſtè ſanctéque tractari unquam debuit, hæc profectò immunis ab omni turpitudine ſervanda, integréque ac puris animis exercenda.*

IV. Lyricus *itaque Poeta propriè, qui* Lyrica *Carmina ſcribit, quæ vel à ſeipſo, vel à quovis alio, ad* Lyram *cani poſſint, admixtis etiam aliquandò choreis. Primò enim in Deorum Conviviis & triumphalibus Hymnis, lætiſque & feſtivis ſolennitatibus hæc* Poeſis *inſtituta; quòd ex* Moſis *Hiſtoriâ &* Davidis *colligitur,* Exod. *c.* 15. *v.* 20. *&* 1 Samuel. *c.* 18. *v.* 6. *undè poſteà, ad quævis lautiora Convivia & magnificas Principum & Nobilium hilaritates converſa. Quem*

morem

morem, utut Græci Anacreontis *noſtri inventum volunt, qui &* Βάρβιτον Ἀνακρέοντος ἕυρεμα *vocant*, Athenæ. *l.* 4. & παροίνια μέλη, καὶ ᾠδὰς συμποτικὰς *illi tribuunt, in aliis certè Gentibus, plus mille annis ante illius tempora, conſueviſſe conſtat ex noſtris Literis.* Laban *enim expoſtulans cum genero* Jacobo, *ait*, Geneſ. *c.* 31. *v.* 27. Cur clàm fugiſti, & furtim ſurripuiſti te à me? Neque indicâſti mihi, ut dimitterem te cum Lætitiâ & cum Canticis, inſtructus Tympano & Citharâ? *Et in* Jobi *Hiſtoriâ, c.* 21. *v.* 11. Emittunt ut gregem Parvulos ſuos & Nati eorum ſaltitant. Vociferantur ad Tympanum & Citharam & lætantur ad ſonum Organi. *Ità* Iſaias, *c.* 5. *v.* 12. In quorum Conviviis eſt Cithara ac Nablium, Tympanum, Tibiáque ac Vinum. *Item c.* 24. *v.* 8. *Idem tamen* Iſaias *Ducentis annis* Anacreonte *antiquior habetur.*

V. Lyrica *itaque Carmina dicuntur, quæ ad* Lyram *canebantur; nempè cum Cantu & Lyræ pulſatione, atque*

atque modulatione, pronuntiabantur; ut Julius Scaliger *Poetic. l.* 1. *c.* 24. *&* 48. *& l.* 3. Lyricique *sunt Poetæ, qui ad hujusmodi Instrumentum Versus cantandos faciunt; quales apud* Hebræos ὑδρογενὴς *ille Legislator* Moses, *Homo Indolis prorsùs Divinæ; item* Debora *Regina & Prophetissa, Regiúsque ille* Hieropsalta Davides, *omniúmque Regum sapientissimus* Solomon. *Apud* Græcos *fortissimus Heros* Achilles *animum delectabat, antiqua Heroum Gesta ad Lyram cantando, ut* Homerus, *Iliad. i. v.* 186.

Τὸν δ' εὗρον φρένα τερπόμενον φόρμιγγι λιγείῃ,
Καλῇ, δαιδαλέῃ· ἐπὶ δ' ἀργύρεος ζυγὸς ἦεν·
Τὴν ἄρ' ἑξ ἐνάρων, πόλιν Ἠετίωνος ὀλέσσας,
Τῇ ὅγε θυμὸν ἔτερπεν· ἄειδε δ' ἄρα κλέα ἀνδρῶν.
Πάροχλος δέ οἱ οἶος ἐναντίος ἦστο σιωπῇ,
Δέσμιος Αἰακίδην, ὁπότε λήξειεν ἀείδων.

Hunc dulci Citharâ mulcentem pectora cernunt,
Insigni,

Insigni, auratâ; Argento juga tinnula splendent;
Quam tulit ex spoliis, captâ *Eëtionis* ab urbe. [roïca Gesta;
Hâc se mulcebat, resonans Heroïca Gesta;
Solus ei *Actorides* tacitè è regione sedebat, [nat ille canendi.
Æacidam expectans, dum desinat ille canendi.

Habuit ergò Lyram ex Eëtionis *spoliis, at Lyræ pulsandi Artem ex* Chirone, Achilles; *ut docet Nos interpres* Aratæorum Germanici Cæsaris; *quod &* Horatius *notavit*, Epod. §. XIII. *Quinimò, teste* † Sexto Empirico, Καὶ τὰ Ὁμήρου ἐπὶ τοπάλαι τοῦ λύραν ἄδετο, *quod* Timomachus *in* Cypriacis, *apud* Athenæum, Delphis *primùm, à* Stesandro Samio *dicit factum; eum enim* κιθαρῳδῆσαι τὰς κατ' Ὄμηρον μάχας, ἐξάμωνον ἀπὸ τῆς Ὀδυσσείας. *Et* Porphyrius *auctor est*, Pythagoram *illos maximè ex* Homeri *Versibus laudâsse, & ad Lyram cecinisse, quibus de* Euphorbo, Panthi *filio, agit; quem animi pertur bati-*

† *L. 6. Adverss. Mathemat.*

ones Lyrâ compoſuiſſe teſtatur Seneca, *de Irâ l.* 3.

VI. *Undè apparet, Res Heroicas à* Lyricâ *Materiâ minimè olim excipi ſolitas; quandoquidem &* Steſichori *&* Alcæi *&* Anacreontis *&* Horatii *exempla oſtendunt, Illorum Ingenia aliquandò ad grandiorem rerum Majeſtatem aſſurgere. De* Priore Quintilianus *ità,* "Steſichorũ, *quàm* "*ſit Ingenio validus, Materiæ quo-* "*que oſtendunt, maxima Bella & cla-* "*riſſimos canentem Duces & Epici* "*carminis onera* Lyrâ *ſuſtinentem. Quare* Horatio *rectè dicuntur,* l. 4. *§* 9. Steſichori *graves Camœnæ. De* Alcæo, *quòd Heroicam materiam* Lyrâ *& ille ſuſtineret, idem* Horatius *innuit, l.* 2. *§.* 13.

Et te ſonantem pleniùs aureo,
Alcæe, plectro, dura Navis,
Dura Fugæ Mala, dura Belli.

Anacreontẽ *aliquandò Sublimem eſſe probavimus in ejuſdem* Vitâ, *§.* XXXVI. *& hujus Tractatûs §.* IX. *quodque nec* Homeri Lyram *tractare reformidârit, licet de Bello & San-*

guine

guine minimè vellet cantare. Horatius *de ſeipſo paſſim id probat, ut l.* 1. §. 12. 15. 31. *& l.* 3. §. 3. &c. *Et id quidem fieri poſſe Nos ipſi demonſtravimus, in* Odâ *Triumphali, quæ* Dedicationem *ſequitur, ſuper Ducis de* Marlborough *Victoriâ. Verùm quùm* Steſichorus *ferè omnis exciderit*, Alcæúſque *eodem fato functus fuerit, & ipſe* Anacreon *hactenùs, plurimâ certè ex parte, ſit deperditus, jam* Pindarum *omnium ferè* Lyricorum *graviſſimum & maxime Sublimem*, ὑψηλότατον καὶ μεγαλοφωνότατον, *agnoſcunt omnes. At fatendum eſt, quantumvis altè* Lyra *ex nonnullorũ Ingenio poſſit aſſurgere, res tamen ut plurimum leviores, quales ſunt Amatoriæ,* Lyræ *ferè proprias eſſe ſemper habitas; ut ipſe* Homerus *de* Paride *oſtendit*, Iliad. γ'. v. 54.

Οὐκ ἄν τοι χραισμῇ Κίθαρις, τά, τε δῶρ' Ἀφροδίτης,
Ἣ τε κόμη, τό, τε εἶδος, ὅτ' ἐν κονίῃσι [μιγείης,

Nec Citharæ te vox, Veneris nec dona juvabunt,

Nec Coma, nec Vultus; jaceas
cum in pulvere cæsus.

Et Horatius *de eodem, l.* 1. §. XV.

——*gratáque Fœminis*
Imbelli Citharâ carmina divides.

VII. *Nunc itaque Hiſtoriam* Lyricæ *Poeſeωs, apud* Græcos, *proſequamur. Et ſanè, præter* Achillem *modò-memoratum, fatendum eſt, Plures, illoque etiam longè antiquiores reperiri, qui ad Lyram canerent; quales* Amphion, Philammon, Thamyris, Linus Herculis *Magiſter, qui* Suidæ *dicitur* τῆς λυρικῆς Μουσης πρῶτος ἡγεμὼν, *&* Chiron, *qui* Achillem, *ut diximus, Citharâ,* Æſculapium *Medicinâ*, Herculem *imbuit Aſtronomiâ: Item* Orpheus, Muſæus, Eëtion, Andromachæ, *Conjugis* Hectoreæ, *pater, etiam* Iöpas Virgilianus, Demodocus *&* Phemius *apud* Homerum; *quos non niſi longo ſecuti ſunt intervallo,* Arion Methymnæus, *ſi rectè illum* Solinus *ponit ad* Olympiadem XXIX. *nam* Periandri Corinthii *ætas dubitare Nos facit, qui circa* Olympiadem XL. *floruit; item*

Steſi-

Steſichorus, Alcman, Alcæus, *reliquique*, *Novem* Lyrici *dicti*; *qui fere omnes eâdem ætate florebant*, *ut* Ibycus, Simonides, Anacreon, Sappho, Bacchylides & Pindarus, *quorũ Nomina hiſce continentur* Iambis,

Λυρικοὶ ποιηταί εἰσιν ἐννέα, Ψαφὼ, Στησίχορος, Ἴβυκος, Βακχυλίδης, Σιμωνίδης, Πίνδαρος. Ἀλκαῖος, Ἀλκμὰν, Ἀνακρέων, καὶ Lyrici Poetæ ſunt Novem: *Sappho*, puta, *Simonides*, *Steſichorus*, *Ibycus*, *Bacchylides*, *Alcæus*, *Alcman*, *Anacreon* & *Pindarus*.

Horum omnium Patriam & Nomina, *Nos olim hiſce Heroicis complexi ſumus*, *cùm in* Pindarum Cantabrigienſibus *noſtris Prælegeremus*,

Ἐννέα μὲν Λυρικοὶ καθ' Ἀχαΐδα εἰσὶν ἀοιδοί· κάτω. Ὕμμι δ' πατείδ' ἐγὼν ἐρέω καὶ τέννομ' ἑκάστω. Πίνδαρος ἐκ Θήβης· Ἀλκαῖος δ' ἐκ Μιτυλήνης, πὸ Τείω· Ἐκ Μιτυλήνης Σαπφώ· Ἀνακρείων ἀκεῖος Βακχυλίδης, Σιμωνιάδης τε βαθύφρων.

Ῥήγιον Ἴβυκος οἶδε· σοφὸς δ' ἦν Λυδὸς ὁ
Ἀλκμάν. [ἐσθλός.
Στησίχορος Σικελὸς, πάτρη δέ οἱ Ἱμέρα
Græca Novem Lyricos tellus effudit alumnos;
Quorum ego nunc vobis Patrias & Nomina dicam:
Pindare, te *Thebæ*, *Alcæum* peperit *Mitylene*, [*créonta*,
Et *Mitylene Sappho*, & *Téos Anacéus Bacchyliden*, *Simoniademque* Poetam: [*dius Alcman*:
Ibycus est *Rheginus*, erat sed *Lyhimera Stesichorum Siculum* sibi vendicat alma.

Extat in Anthologiâ, *fol.* 92. *Carmen singulorum ferè Proprietates & Characteras designans*,

Ἔκλαγεν ἐκ Θηβῶν μέγα Πίνδαρος· ἔπνεε τερπνὰ
Ἡδὺ μελιφθόγγῳ μοῦσα Σιμωνίδεω.
Λάμπει Στησίχορός τε καὶ Ἴβυκος· ἦν γλυκὺς Ἀλκμάν.
Λαρὰ δ' ἀπὸ στομάτων φθέγξατο Βακχυλίδης. [δ' αὐδᾷ
Πειθὼ Ἀνακρείοντι συνέσπετο· ποικίλα Ἀλκαῖος, κύκνος Λέσβιος, Αἰολίδι·
Ἀν-

Ἀνδρῶν δ' οὐκ ἀπάτη Σαπφὼ πέλεν, ἀλλ' ἐρατειναῖς
[φεται.

Ἐν Μούσαις δεκάτη Μῶσα καταγρά-

Pindarus è *Thebis* clamat; *Simonidis* autem

Dulce melos pangit Muſa canens fidibus;

Splendet *Steſichorus*, micat *Ibycus*, & placet *Alcman*;

Bacchylides leni ſuavitèr ore canit;

Suada *Anacréontem* ſequitur; ſed dædala voce
[*olicâ*;

Alcæus, Cygnus *Leſbius*, Æ-

Nona virorum haud eſt *Sappho*, ſed dulcibus ipſa

In Muſis Decima eſt, Muſa vocanda tamen.

VIII. *Dabit veniam Lector Benevolus, ſi Novem etiam Fœminas hìc* Lyricas *recenſeam, quarum Nomina hoc Epigrammate complexus eſt* Antipater Theſſalus, *Antholog. fol.* 91.

Τάσδε θεογλώσσους Ἑλικὼν ἔθρεψε γυναῖκας

Ὕμνοις, ᾗ Μακεδὼν Πιερίας σκόπελος·

Πηξιλ-

Πρήξιλλαν, Μυρὼ, Ἀνύτης φόμα, Θῆλυν Ὅμηρον,
Λεσβιάδων Σαπφὼ κόσμον ἐϋπλοκάμων·
Ἤρινναν, Τελέσιλλαν ἀγακλέα, κἀμὲ, Κόρινναν,
Θῆριν Ἀθηναίης ἀσπίδα μελλαμόνην.
Νοσσίδα θηλύγλωσσον, ἰδὲ γλυκυαυχέα Μύρτιν,
Πάσας ἀενάων ἐργατίδας σελίδων·
Ἐννέα μὲν Μούσας μέγας ἠρανὸς, ἐννέα δ' ἄλλας
Γαῖα τέκε θνητοῖς ἄφθιτον εὐφροσύνην.

Has *Helicon* peperit divino carmine Vates,
Pieriæ & *Macedo* parturiit scopulus:
Praxillam, *Myróque*, *Anyténque* exemplar *Homeri*,
Lesbiaci & *Sappho* quæ decus omne chori:
Erinnam, *Telesillæ* ingens decus, atque *Corinnam*,
Quæ scutum armisono *Palladis* ore canit:
Nossida fœmineis modulis & *Myrtida* dulcem,
Omnes victuras carmine perpetuo:

Ipse

Ipſe Novem peperit Muſas Polus;
ipſáque Tellus [cias.
Æternas totidem dat tibi Deli-

IX. *Et aliorum quidem* Lyricorum *laudes aliàs attigimus*; Anacreontis, *in illius* Vitâ, *& in pluribus Veterum Epigrammatis ejuſdem Poematiis affixis. Nec ideò tamen hìc omittendum* Henrici Stephani *Elogium, in Præfatione ad* Anacreontẽ *ſuum*, "*Prætereà nôſſe operæpretium*
"*eſt, quùm Novem fuerint* Μελῶν (*i.e.*
"Lyricorum *Carminum*) *Scriptores*,
"Anacreonti *majores, quàm aliis*,
"*conceſſas fuiſſe à* Muſis *Carminum*
"*Delicias; undè ab Antiquis, modò*
"γλυκὺς, *aut* ἡδὺς, *id eſt*, Dulcis, *ſive*
"Jucundus; *modò* χαρίεις, *id eſt* Fe-
"ſtivus, *vocitatur; at verò* Plato
"*eum* σοφῦ *etiam appellatione digna-*
"*tus eſt. Nec* Renatus Rapinus *diffitetur*, Anacreontis *Muſam aliquandò* ἐνθουσιᾷν. *Ità enim*, Re-
"flections *ſur l'* Ariſtotl. *Poeſie, l.* 1.
"§. XIX. "*Scio, inquit, genus eſſe*
"*Operum; quæ ex ipſius Charakteris*
"*qualitate Ingenuè debent ſcribi,*

nul-

"*nullâ aliâ intentione, quàm Natu-*
"*raliter ſcribendi, & ſine vi adhibi-*
"*tâ: Tales Hymni* Orphei, Home-
"ri, Callimachi; *taleſque Odæ non-*
"*nullæ* Pindari, Anacreontis, &
"Horatii, *quæ nullâ aliâ Regulâ ni-*
"*tuntur, præter* Enthuſiaſmum. *Talis exempli gratiâ,* Ode LI. & LXIV. *quæ neſcio an ulli ejuſdem generis, per omnem Antiquitatem* (Ἱερὸν ἄλτην *ſemper excipio*) *cedere debeant: adeò in iis præcipuè videtur illi,* Νόος ἐς θεὺς ἀερθεὶς, *ut idem canit, v.* 790. Animus Deos reviſens; & Μανίην μανεὶς ἀρίστην, Sanum furens furorem, *ut ipſe loquitur. v.* 1015.

X. *At ſiquis perfectiùs* Anacreontis *Veneres velit intelligere, neceſſe eſt, ut magno ille præjudicio priùs animum exuat & liberet; quo, futilium hominum Calumniis deceptus, illius Poetæ Vitam omnem crediderit* Ebrietate *& inceſtâ* Libidine *conſumptam; quòd quidem probrum ab illo diluere non perfunctoriè conamur in ejuſdem* Vitâ §. XIII. XIX. &c. *Tum requiritur, ut* Græcæ *Linguæ admodum*

dum peritus ſit, nec Doctrinâ reconditiori levitèr imbutus; nam, ut verùm fatear, illa cauſa eſt, quòd Poetices *Divinus Furor hodiè vileſcat, nec ſanctiſſimum Dei Donum apud Mortales hujus ætatis ullum locum inveniat, quoniam inter Homines pauci ſunt verè* Docti, *inter etiam Doctos, pauci* Poetices *experti; inter Poeticis expertos non admodum multi ex animo illi* faventes; *inter ejus* Fautores, *pauci* Divites; *inter* Divites *pauciſſimi* Liberales. *Quinimò quod* Indocti *&* Immerentes *Virtute & Meritis conſequi deſperant, id Dolo malo ſolent quærere.* Docti Dignique *homines rarò Honores conſequuntur, niſi quandò Affinium potenti favore ſuffulciantur; aut ubi Judices nacti ſint Probos & Pios, Juſtitiæque cultores non nimis faciles & credulos. Plus tamen à Deo Benemerentibus favetur; quicquid Stulti, Improbi, Injuſtique Patroni malemerentibus conceſſerint. Verùm hæc obitér. Prætereà requiritur, ut qui Judicium ferre velit ſuper* Anacreonte

onte, *Muſicæ non ſit imperitus; at Metri, Carminiſq; rationes probè calleat; deindè & ipſe ſit Ingenii paulò delicatioris, nec ſeveri nimis, moroſi, aut ſubruſtici. Tunc enim Auctorem aliquem utilitèr legimus & penitùs intelligimus; cùm illius ſpiritu & affectu quodammodò induamur; nec planè Hoſpites ad Muſarum fores pultemus. At malè certè Literis conſultum eſt; quòd etiam in Academiis noſtris tolerentur, & quod pejus eſt, etiam foveantur, quibus multum Impudentiæ, Doctrinæ parum; qui de Libris Doctorum ſententiam pronuntiant, quos minimè intelligunt; quorum Invidia & Impudentia aliorum Induſtriam vituperant; cùm ipſi tantùm abſint à perfectione maximorum Operum, ut Fundamenta eorum, quæ præ ſe ferunt, nondum jecerint. Præpoſterum illud quidem, quòd inſiceti iſti Cenſores de Ingenio præſtantium Auctorum, aut Scriptis elegantibus loqui audeant Proverbii Immemores,* Ξένος ὢν, ἀπεράγμων ἴσθι.

Ξεῖνοι μὲν γὰρ ἐόντες, ἀπεράγμονες ἅ πλέθουσι.

Quo-

Quomodò enim Midas, *aut* Marſyas, *de* Apollinis *elegantiâ rectè dijudicaverint? Quomodò illi* ἠμιδίδακτοι, ὁλοβάρβαροι, *quibus* Bruta *Pectora*, *Aures* Aſininas, *Oculos* Noctuinos, *Dentes* Theoninos, *Frontem* aheneam, *Cerebrum* plumbeum, *Linguam* venenatam, *Ingenium*, *aut nullum*, *aut planè* Margiticum, *Natura dedit*, *in hâc cauſâ vel hiſcere audeant? De* Margite *enim*, *ſtolido illo*, *invidóque & μισοκάλῳ βιβλιοτάφῳ*, *qui elegantioribus Ingeniis bellum indixerit*, Homerus *ità*,

Τόνδ' ὔτ' αὖ σκαπάνεα θεοὶ θέσαν, ὔτ' ἀροτῆρα,
Οὔτ' ἄλλως τι σοφόν· πάσης δ' ἡμάρτανε τέχνης.
Nam nec Dii Foſſæ, nec Aratri, aut ullius illum
Artificem fecêre; omni verùm Arte carebat.

Et rurſum de eodem,

Πόλλ' ἠπίστατο ἔργα, κακῶς δ' ἠπίστατο πάντα·
Ἐσθλὸς μὲν γὰρ ἁπλῶς, παντοδαπῶς δ' οὐ κακός.

Multa ſciebat enim, ſed pravè
cuncta ſciebat;
Simplicitérque Bonus, cuncti-
modéque Malus.

Talem hominem, inter Muſas *degentem, at omnibus* Muſis Gratiiſque *paritèr inviſum,* Πάσαις μὲν Χάρισιν, πάσαις παναπεχθέα Μούσαις, Antiphilus *Comicus ità alloquitur.*

Ἀπαείστες ἔμαθες, ὦ πονηρὲ, γράμματα·
Ἀντίστροφέν σε τὸν βίον σὰ βιβλία·
Πεφιλοσόφηκας γῆ τε κ' ἠέρι λαλῶν,
Οἷς οὐδέν ἐστιν ἐπιμελὲς τῶν σῶν λόγων.

Tu literas nam, Livide, haud dex-
trè capis;
Doctrina Te pervertit & Vitam
tuam:
Terræque jam cælóque coràm vis
loqui,
Curæ quibus nil Túve, vel Nu-
gæ tuæ.

Tales Nebulones Homerum *fingunt mendicâſſe & ſtipis erogandæ cauſâ circumforanea Cantica modulatum fuiſſe; tales* Anacreontis *mellitiſſimas Cantilenas* plebeia *vocant* Cantica, *vituperium interim ipſis* Muſis *atque*

que Gratiis *facientes maximum. Talibus ego quoque dicor* ὄνος πρὸς λύραν, *cùm illis omninò deſit etiam* ὁ νοῦς πρὸς λύραν. *At obliti ſunt illi, Magno me honore ab iis affici, quòd ſimul cum* Homero *&* Anacreonte *me quoque Convitiis laceſſere dignentur, quorum ego* Inſipientiam, *illorum* Sapientiæ *longè antefero: qui* Impudentiores *ſunt iis, quos inſectantur, non* Doctiores; Occultiores, *non* Meliores; *Ore* ſimplici, *Animo* invereundo.

XI. *Verùm hos Ardeliones & Sycophantas, cum Strabis ſuis oculis & oblatranti linguâ, relinquamus; nec putidis eorum nominibus has Chartulas conſpurcemus; ſed potiùs ad hominum paulò melioris luti Objectiones diluendas veniamus. Objicitur itaque primò, Quòd Homo jamdiù in ſacros Ordines admiſſus, SS. etiam* Theologiæ *per Novendecim totos annos* Baccalaureus, *quòd Homo, inquam,* Chriſtianus *&* Theologus, *ludicro hujuſmodi Operi velit incumbere. Reſpondeo, ſi*

huic Theologo *ulla* Animarum Cura *contigiſſet, cui toto animo incumbendum fateor, tunc aliquid valeret hujuſmodi Objectio. Siquis illorum, qui ad Gubernaculum ſedent, in aliquo nobiliori ſtudio paratum promoveret, ad majus opus alacrem vocaret & amicâ indulgentiâ ſublevaret, &c. verùm omnem illorum Munificentiæ proventum Filioli, Nepotes, Paraſiti, Calumniatores, Nundinatores, munerali ambitu intercipiunt, ſibique planè demetunt; Sanctioriſque Literaturæ cultores Muſarum ſuarum Deliciis ſaturandos relinquunt. Intereà itaque ſi Sacerdotio carens Sacerdos Doctrinæ illuſtrandæ,* Græcis *Literis propagandis, Veteribus Auctoribus emendandis, Veritati indagandæ, operam det aſſiduam & diligentem, congruum hoc quidem* Græcæ *Linguæ Profeſſori, nec indignum* Chriſtiano, *nedum* Theologo, *non aliàs cum Beneficio ſuo occupato; qui nec in* Ethnicâ *Doctrinâ planè Hoſpes eſſe debeat: quales ut plurimùm ſunt illi, qui hujuſmodi Objecti-*

Objectiones proferunt. Prætereà objicitur, Quòd in Notis noſtris ad hunc Poetam ſacras noſtras Literas haud ſemel laudamus. *Si ex falsò allegatis aut malè explanatis SS.* Scripturis, *ullam Vitio auctoritatem conciliare conaremur; vel ſi SS.* Scripturarum *auctoritatem aut ſanctitatem ſummittere & ſubjicere Literis exoticis, tum Pium & Sapientem illum hominem* agnoſcerem, *licet ſummo meo cum dedecore & opprobrio, qui hoc objicit. Sin autem ad SS.* Scripturarum *Elegantiam & Doctrinam ſummam declarandam, Normámque loquendi confirmandam, earundem locos aliquot cum ſimilibus Elegantiſſimorum & Doctiſſimorum quorumvis Auctorum Ethnicorum locis conferam, præpoſtero illi Zelo ardere mihi videntur, qui illud in me damnant; quod in* Hugone Grotio, Jacobo Duporto, Thomâ Gatakero, Petro Daniele Huetio, Theophilo Galæo, Zachariâ Bogano, Sebaſtiano Pfochenio, Edmundo Dickenſono, Jeremiâ Taylero,

Thomâ Sanderſono, *aliiſque Doctis & Sanctis Viris, noſtra Ætas collaudavit; quod & tota* Chriſti *Eccleſia, in* Juſtino Martyre, Clemente Alexandrino, Origene, Euſebio, Tatiano, Athenagorâ, *ipſoque D.* Paulo *exoſculatur.*

A multis demùm objicitur, Quòd nonnulla ex proprio Ingenio, merâque Conjecturâ, in hoc Anacreonte *addiderim, mutaverim, fixerim, refixerimque. Hoc mihi nupèr à Docto quodam Viro objectum, quo tamen ipſo Neminem ſcio magis hâc uſum libertate; at magno, fateor, cum Judicio, gravibuſque Rationibus. Ille ipſe igitur, quod æquum puto, & alii; ſeriò expendant, quibus ego Argumentis idem faciam, quo Judicio uſus, quâ Deliberatione, quâ Metri peritiâ, quâ rerum Experientiâ, quâ fretus Auctoritate, quo demùm Succeſſu, nunc in* Anacreonte, *ut olim in* Euripide, *in* Theocrito, Sophocle, *& in ipſo paſſim* Homero, *fecerim. Siquis in aliquo* Feliciorem *ſe probaverit, modò neque* Candore

mihi

mihi cedat, & illius Conatus *in Auctoribus emendandis liberè agnoſcam &* Judicio *quoque acquieſcam. Sunt quidem & alii, quorum Oculi punguntur ad Operum meorum* Catalogum, *quem non nunc primùm Orbi Literario publicandum curavi. Verùm haud dubito, quin ſimilem & illi* Catalogum *emittere vellent, ſi modò poſſent; quandoquidem à plurimis Doctis & Modeſtis Viris id factum conſtet. Quod tamen, ut verum fatear, rariùs fieri debere videtur; Quoniam tam illuſtre ſpecimen Cujuſvis Induſtriæ, non ſine Multorum Ignaviæ opprobrio, exhibetur.*

XII. *In Juvenum & Tyronum gratiam placet,* Metri *rationes in hoc Auctore accuratiùs paulò explicare; nè illi in Imitando licentèr nimis vagentur, nullique ferè Legi ſe obnoxios eſſe ſentiant, aut ejuſdem Legis præſcripta minùs attendant. Et* Lyricorum *quidem Carminum Varia ſunt Genera, ut* Archilochia, Alcaica, Alcmania, Aſclepiadæa, Glyconia, Pherecratia, Sapphica, Pindarica

darica, Anacreontia & Horatiana, *quæ ex omnibus ferè aliis conſtant, ab* Archilocho, Alcæo, Alcmane, Aſclepiade, Glycone, Pherecrate, Sapphone, Pindaro, Anacreonte & Horatio, *ſingulorum Auctoribus, nuncupata. Quæ omnia Carminum Genera* Pindarus, *& Scenici Poetæ paſſim in Choris uſurpant, ut &* Horatius: *inter modernos etiam* Buchananus, Caſimirus, Rapinus, Leo *X. & quotquot alii Lyrici* Latini *occurrunt, ſæpè iis utuntur. De aliis hiſce Generibus diſputare, non eſt hujus loci; de* Anacreontio *Genere pauca ſunt hìc dicenda.* Anacreonti *itaque maximè erat familiare Metrum* Iambicum, Dimetrum, Catalecticum, *conſtans nempè* Duobus Metris, *hoc eſt* Quatuor Pedibus, *exceptâ ſyllabâ; vel ſi mavelis,* Tribus Pedibus *& ſyllabâ, iſtique Pedes, ex Regulâ ſunt perpetuò* Iambi, *hoc modo,* Θέλω λέγειν Ατρείδας. *Quoniam tamen pleni* Iambi *in locis* Imparibus, *alios queſdam recipiunt* Pedes, *ideò & hoc Metrum in* Primo

loco

loco recipit aliquando Spondæum, *quod* Septies *in* Primâ *Odâ facit*. *Poteſt etiam in illo loco recipere* Dactylum, *ut v.* 381. 696. *&* 814. *item* Anapæſtum, *ut Totâ Odâ Tertiâ, & aliàs; etiam* Tribrachyn, *v.* 788. *&* 782. *necnon* Amphimacrum, *ut v.* 87. 355. 357. 839. 853. 927. *qui Verſus, alio modo ſi metiaris, erit* Trochaicus, *qualis tota* Ode LXI. *Et ſanè* Dactylus *&* Anapæſtus *ſunt* Spondæo ἰσοδύναμοι, Tribrachys, Iambo; Amphimacrum *etiam* Homero *uſurpatum vice* Dactyli, *aut* Spondæi, *oſtendo ad v.* 87. Amphibrachys *etiam in* Primo *loco ſtare poteſt, utpote* Spondæo *&* Dactylo ἰσόχρονος, *quomodò* Homero, *Odyſſ. δ'. v.* 90. *&* 120. *&* ε'. *v.* 365. Trochæus, *licet* Iambo ἰσοδύναμος, *nuſquam tamen in hoc Verſu comparet; quià planè Contrarius eſt, nè juxtà* Terentianum *&* *Ariſtiden *confuſio fiat.*

* Τὸ ϗ Ἰαμβικὸν δέχεται Δάκτυλον, Τρίβραχυν, Ἀνάπαιστον· Τροχαῖον ϗ ὐδόλως· εἰς ἕτερον γὰρ τραπήσεται μέτρον. Ariſtid. περὶ Μουσικῆς, κεφ. περὶ Δακτυλικῆς.

fiat. Et in hoc ſolo loco Libertas illa ſumenda; in reliquis Iambi *ſunt ferè neceſſarii; Syllaba ultima Communis: Quare vera* Scala *hujus Verſûs eſt hæc*



Sciendum tamen, Huic Generi frequentèr immiſceri Ionicum ἀπ' ἐλάσσονα, *quod oſtendo ad v.* 90. *item aliquandò* Pherecratium, *ut ad v.* 295. *probo, & deinceps. Quod ſiquid in ſequentibus ſecùs factum videbitur, de illo ſuis in locis rationem dabimus. Sunt enim* Odæ *nonnullæ integræ ex metro* Pherecratio, *ut* Od. XXX. *ſunt etiam ex* Glyconio, *ut* Od. LX. LXVII. LXVIII. LXX. LXXX. XCIII. *cui tamen ultimo Generi* Pherecratium *admiſceri gaudet, præſertim in Clauſulâ. Sunt etiam nonnulli* Iambi, Dimetri Acatalecti, ut §. LXXI. *ſunt quoque aliquot mixti Generis, ut* Od. XVIII. XXVII. XXXIV. XXXVI. XXXVII. LXII.

LXII. ci. Ode *una aut altera ex* Trochaico *Genere conſtat, quod in pares locos recipit* Spondæum, *ut* Od. LXI. *Verùm de* Menſurâ *differenti Menſuram etiam obſervandam memini: quarè hìc pedem ſiſto & Lectori Benevolo* Anacreontem *ipſum perlegendum remitto, commendóque; méque ipſum, conatúſque meos, Candori* Φιλελλήνων *omnium humillimè ſubmitto.*

Catalogus

Catalogus Operum, à JOSUA BARNESIO, *S.T.B. &* Græcæ *Linguæ*, Cantabrigiæ, *Professore Regio, Scriptorum, tam Editorum, quàm Ineditorum.*

I. POemata Sacra, Quinque Libris, quorum I. Κοσμοποιΐα, sive *Mundi Creatio.* II. Lapsus *Adami* & Redemptio *Christi.* III. *Hymnus* SS. Trinitati *&c.* IV. *Ecloga Pastoralis,* de Reditu R. *Caroli* II. Tentamen super *Excambio* Regio. V. *Panegyris*, sive *Musæ*, Epigrammata, *&c. Omnia,* præter *Latinam* Epistolam Dedicâtoriam, *Anglicè.* MIↃCLXIX.

II. Vita *Olivarii Cromwellii* Tyranni, *Anglicum* Poema. MIↃCLXX.

III. Dramata aliquot, quorum Tituli, *Xerxes, Pythias* & *Damon, Holofernes,* & alia, partim *Anglica,* partim *Latina,* hæc aliis coadjuvantibus, illa propriâ *Minervâ*; præter aliquot *Senecæ* Tragœdias, ab eodem versas, *Anglicé.*

IV. De *LONDINI* Urbis incendio, & Peste Epidemicâ; Poema *Latinum* Heroicum.

V. De D. *Johannis* Baptistæ Decollatione, Elegia *Latina.* Hæc omnia, antequam ad *Academiam* iret, ubi Admissus est in *Emmanueli* Collegio, XI. *Decembr.* MIↃCLXXI.

VI. *Bellicosus Amator*, sive *Rivalis Generosus*, Drama *Anglicum,* Bellum *Anglico-Belgicum* respiciens & Exitum Nobilissimi, Fidelissimique Herois, *Edvardi Montagu,* Comitis *Sandavici,* MIↃCLXXII.

VII. Poemata *Græca,* Septem Libb. quorum I. Αὐλικηκάτοπτρον, sive *Esthera* Historia, cum Scholiis, *Editus,* An. 1678. II. Ψυθομυφανιὰχ, sive *Josephus* Patriarcha, Poema Heroicum *Græcum,* Libro Uno.

Uno. III. Ὀρθολογία, ſive *Chriſti* Concio in Monte, Decalogus, Symbolum Apoſtol. Oratio Dominica, *Magnificat*, cum aliis Hymnis ex utroque Inſtrumento, *Græco* & *Latino* Carmine. IV. *Thuribulum*, ſive *Hymni* & *Dies Feſti*, *Græco* & *Latino* Metro. V. Miſcellanea & Epigrammata, *Lat.* & *Græc.* Metro. VI. Ἀνδρο-Βελγομαχία, ſeu Mors Nobiliſſimi &c. *Edvardi Montagu*, Comitis *Sandavici*, *Græco*, *Latino*, & *Anglico* Carmine Heroico. VII. Ἀλεκτρυομαχία, ſive Gallor. Pugna. MDCLXXIII.

VIII. *Gerania*, ſive Nuntius de *Pygmæis*, *Anglicè* & Proſâ, *Edit.* MDCLXXV.

IX. *Canticum Canticorum*, Hexaſticha 100 Heroica complectens, *Anglicè*, MDCLXXIV.

X. Παιδιομάδων, Ludicrum Poema, Carmine *Græco Macaronico*, de Duello inter *Aranæum* & *Rubetam*. MDCLXXIII.

XI. Φλιϊάδων, ſive Supplementum ad Poema Vetus Ludicrum iſtius Nominis, ex Domo *Trinitonenſi*, *Cantabr.* De Pugnâ inter *Pulices* & *Cambrum*.

XII. *Lexicon* Poeticum, *Latino-Græcum*, cui additur Aliud *Propriorum Nominum*, in Uſum Scholarum præcipuarum, utpote ſubſidium *Græcæ* Poeſeos Tyronibus perquam utile, necnon iis, qui in eâ rariùs exercitantur. Folio. MDCLXXV.

XIII. Tractatus de Accentibus *Græcis*, De eorum Antiquitate, Uſu, Variatione, Regulis, &c. contra *Henricum Chriſtian. Henninium*, illiúſque ſequaces. Item de Ratione Punctor. quibus hodiè utimur &c.

XIV. *Cant. Creditt.* Comœdia *Ang.* MDCLXXIV.

XV. *Poemata Ludicra*, ſuper Nono *Iliados*, & Nono *Odyſſeæ*, *Anglic.* Edit. MDCLXXXI.

XVI. FRANCIADOS, Poema Heroicum *Latinum*, ſuper *Nigro* Principe, Viginti quatuor abhinc annis Libb. VIII. mox Libb. XII. abſolvendum.

XVII. Ars Bellandi, Quatuor Libb. Proſâ *Anglicâ*. MDCLXXVI.

XVIII. *Hengiſtus*, ſive *Anglorum* Bellica Virtus,

Heroic. Poema, ad noſtra tempora *Angl.* Libb. VII.

XIX. *Landgartha*, ſive *Amazon* Regina, *Norvegiæ* & *Daniæ*, Drama Heroicum *Anglicum*, olim deſignatum ad Nuptiarum celebritatem ornandam. Principis *Daniæ*, *Annæque*, noſtræ nunc Reginæ, Triumphatricis bellicoſiſſimæ.

XX. *EDVARDUS* III. Hiſtoria *Anglica*, Quatuor Libb. *Edit.* Folio, MDCLXXXVIII.

XXI. *Eccleſiaſtica* Hiſtoria, à Mundi Exordio, ad Aſcenſionem D. N. *Jeſu Chriſti*, *Latiné*; Folio.

XXII. *Miſcell.* Poem. ſelecta, Var. ſupellect. *Ang.*

XXIII. Poemata *Philoſophica* & *Theologica*, Edit. *Cantabrig.* diverſis temporibus &c. *Latiné*

XXIV. Poemata & Meditationes Sacræ Quotidianæ, per aliquot Annos, continuat. *Anglicé.*

XXV. Diſſertatio de *Columnis*, *Obeliſcis*, *Pyramidibus* &c. *Latiné.* MDCXCII.

XXVI. Tractatus de *Sibyllis*, Tribus Libb. *Latiné.*

XXVII. *Euripides*, cum Scholiis & Notis, ejuſdémque *Vitâ*, Tractatu de *Theatro*, *Scenâ* & *Tragœdiâ*, Tribus Indicibus, *Edit.* MDCXCIV.

XXVIII. *Euripidis* Vita. Vid. Numer. præcedent.

XXIX. *Pindari* Vita, Quatuor Prælectionibus habita. Vid. Numerum XLI.

XXX. *Theocriti* Vita, &c. Vid. Numerum XXXIX.

XXXI. *Anacreontis* Vita, Vid. Numerum XLIV.

XXXII. *Davidis*, Regii Pſaltæ & Prophetæ, Vita, Regis *Iſraelis*, Progenitoris & Typi D. N. *Jeſu Chriſti*. Priorum *Novem* Heroum inter *Primas*, unà cum omnibus indubitatis ejuſdem *Pſalmis*, Metro eleganti donatis, & ad ſingulos ſuos locos relatis, ex S. *Scripturâ*, & Hiſtoricis *Hebræis*, ſummâ Curâ, Fide & Diligentiâ collecta, Methodóque novâ & Stylo accuratiori ornata. Hoc Opus nondum ſeriò aggreſſus ſum, Apparatum tamen haud modicum in illud congeſſi, ut in *Scanderbegi* & *Tamerlanis* Vitas.

XXXIII. *Scanderbegi*, ſive *Georgii Caſtriotæ*, Regis *Epiri*, Vita. Vid. ad Numerum præcedentem.

XXXIV. *Tamer-*

XXXIV. *Tamerl.* Vita. Vid. ad Numerum XXXII.

XXXV. *EDVARDI* Regis *Angliæ III.* Filiique ejuſdem *Nigri* Principis Vita, Vid. ad Numerum XX.

XXXVI. Calendarium *Academicum*, ſive Directio Tyronum cujuſcunque Ordinis, ad ſtudia felicitèr abſolvenda, in *Academiis*; unà cum Generalibus *Ethicæ* Practicæ Regulis & Precum Formulâ. MDCLXXXV.

XXXVII. *HOMERI Odyſſéa*, cum *Variis Lectionibus*, undecunque magnâ Diligentiâ conquiſitis, Notis in *Textum* & *Scholia*; nec non Accuratâ Emendatione *Scholiorum* & Versionis *Latinæ*, etiam aliquandò ipſius Textûs, unà cum Obſervationibus ad Reliqua *Homeri* Poemata & Copioſo *Indice*. Plus ſexennio Prælum expectat.

XXXVIII. Prælectiones in *Odyſſéæ d. Triginta duæ.*

XXXIX. Prælect. in *Theocrit.* cum ejuſdem *Vitâ.*

XL. Prælect. in *Sophoc.* pluſquam *Quinquaginta.*

XLI. Prælectiones in *Pindari* Olympionic. *d. Triginta duæ*, unà cum ejuſdem *Vitâ.*

XLII. Prælectiones ſuper *Bereſhith*, præmiſſâ Paræneticâ *Oratione* ad *Hebrææ* Linguæ ſtudium.

XLIII. Prælectiones *Logicæ* & *Ethicæ* &c. in Aulâ Collegii *Emmanuelis* habitæ.

XLIV. *Anacreon* plus Quadringentis Verſibus Genuinis & *Fragmentis* auctus, unà cum ejuſdem *Vitâ*, Tractatu de *Lyrico* Carmine & omnibus illius *Metris*; Notis in Auctorem perpetuis, &c. Ad finem adduntur *Anacreontica* quædam, & Veterum aliquot Poetarum, necnon Modernorum, Encomia. *Edit.* MDCCV.

XLV. Tres Tractatus *Anglici*, quorum I. *Fortunata* Inſula, ſive Speculum Regni, Reginæ *Gratianæ* Inauguratio. II. *Angliæ* Emolumentum; ſive *Certa ad Victoriam Methodus.* III. Cauſa Eccleſiæ *Angl.* Defenſa & Explicata. *Edit.* MDCCIII.

XLVI. Concio ad *Clerum*, pro Gradu S. T. B. in Eccl. D. *Mariæ* Majoris *Cantab.* habita MDCLXXXVI.

XLVII. Con-

XLVII. Concio, coram Rege *Carolo II.* habita *Novomercatu*, Octob. 19. MDCLXXXIV.

XLVIII. Concio, coràm Prætore *Londinenſi* habita, D. *Matthæi* Feſto, unà cum Apologiâ pro Orphanis *Chriſti* Hoſpitii. *Edit.* MDCCIII.

XLIX. Concio altera coràm Prætore *Londinenſi*, in Cathedrali D. *Pauli* Eccleſiâ habita, Feſto *Omnium Sanctorum*, MDCCIII.

L. Concio, habita *Huntingdoniæ*, *Martii* 8. Regni *Annæ* Reginæ Natali, MDCCV.

LI. Oratio Parænetica ad *Græcæ* Linguæ ſtudium, in Publicis Scholis *Cantabrigiæ*, habita, coràm *Procancellario* &c. *Martii* 28. MDCXCV.

LII. Oratio *Græca συγχαιρητική*, ad Reverendiſſ. Patrem *Neophytum* Philippopoleως Archiepiſcop. in Domo Regentium, *Cantabr.* Septemb. 13. MDCCI.

LIII. Oratio *Prævaricatoria*, in Domo Comitiali habita, *Cantabrigiæ*, MDCLXXX.

LIV. Oratio Gratulatoria, in Templo D. *Mariæ* Majoris habita, *Septemb.* 9 MDCLXXXIII. Ob Regem Regiſque fratrem unicum Conjuratorum Inſidiis ereptos. *Latinè.*

LV. Tractatus de Naturali Medicinâ, ſive Regula Sanitatis, ſub Fabulæ involucro. *Anglicè.*

LVI. Conciones, Orationes, Declamationes, Problemata, Verſiones, Epiſtolæ, aliaque Exercitia penè innumera, *Anglicè*, *Latinè*, *Græcè.*

LVII. *Satyra*, ſuper *Poetis* & *Criticis* Urbicariis, *Anglico* Verſu.

LVIII. *Plauti* Trinummorum Imitatio, *Anglicè.*

LIX. Interpretationes, Illuſtrationes, Emendationes, aut Correctiones locorum perperàm verſorum, Collationes, aliæque Explicationes ad varios *SS.* Scripturæ locos, à *Geneſi* ad *Apocalypſin.*

LX. Communes Loci *Theologici*, *Philologici*, *Poetici*, *Critici*, & Emendationes Variorum Auctorum *Græcorum* & *Latinorum*, cum Fragmentis multorum Poetarum *&c.*

LXI. *Anacreontica.* Vid. ad § XLIV.

ΑΝΑΚΡΕΩΝ.

ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ

ΤΗΙΟΥ ΜΕΛΗ

Συμποσιακὰ ἰαμβικά.

Εἰς λύραν Α'.

Θέλω λέγειν Ἀτρείδας,
Θέλω δὲ Κάδμον ᾄδειν·
Ἡ βάρβιτος δὲ χορδαῖς
Ἔρωτα μοῦνον ἠχεῖ.
Ἥμερα νεῦρα πρώτου,
Καὶ τὸν λύρου ἅπασαν·
Κἀγὼ μὲν ἦδον ἄθλους

Ἡρα-

Notæ.

HÆC Ode omnium Prima, in aliquibus, *Argumento* caret, quòd ipsa sit omnis fere *Anacreontica* Materiæ *Argumentum*; nam in hâc Poeta lepidè monstrat, se quasi Naturâ comparatum ad res leviores & Amatorias tantùm celebrandas. Titulus, Συμποσιακὰ ἰαμβικά ex *Vaticano* MS. Est autem Carminis Genus, in hâc Odâ, ut & sequenti, *Jambicum, Dimetrum, Catalecticum*, sive syllabâ unâ deficiens. In primâ sede indifferentèr *Jambus*, vel *Spondæus* adhibetur. De quâ re aliàs accuratiùs tractamus.

V. 1. Ἀτρείδας] *Menelaum* notat & *Agamemnonem, Atrei* filios, vel Nepotes; & bellum Trojanum tangit, cui Fratres illi præfuerunt.

2. Κάδμον] *Cadmus, Agenoris* Regis filius & *Europæ* frater, *Thebarum, Græciæ* urbis Conditor, de quo *Nonnus*

ANACREONTIS TEII ODÆ.

In Lyram. Ode I.

VOlo dicere Atridas;
Volo etiam Cadmum canere:
Barbitos verò fidiculis *ſuis*
Amorem unicum ſonat.
Mutavi nervos pridem,
Lyrámque *adeò* univerſam;
Atque Ego quidem canebam Labores Her-

NOTÆ.

nus in *Dionyſiacis*; & bellum *Thebanum* hic tangit, quod inter illius Nepotes ortum.

3. Ἡ βάρβιτος] Ità pro ἡ βάρβιτος lego, cùm *Anacreon* ſit *Joniâ* oriundus: ſic v. 6. τὴν λύρην. & v. 11. ἡ λύρη. Vid. ad v. 22.

5. Ἥμεψα νεῦρα] Innuit, ſe obniti voluiſſe, at fruſtrà; culpámque omnem in Naturam rejicit, Poeticâ utens ſimilitudine; fingit enim, ſe Operi quidem *Heroico* animum intendiſſe, verùm omnes Nervi, utcumque mutati, Virilem illum ſonum refugiebant; nempe ut qui Amori præcipuè apti eſſent.

6. Καὶ τἄλλα λύρα πάντα] *Viz:* Collabos, Verticulos, Nervos, Pectinem, & totum Lyræ apparatum. Aliàs, Lyram quidem ipſam retinet, & Nervos tantùm mutat, ut Od. XLVIII. Δότε μοι λύρην Ὁμήρου, Φοίνιος ἄνδρὸς Χορδῆς. Vid. ſuprà, ad v. 5

7. Ἄθλους] De Laboribus *Herculis* diximus ad *Euripid.* Heraclid. v. 949.

Ἡρακλέης· Λύρη χ̀
Ἔρωτας ἀντεφώνει.
Χαίροιτε λοιπὸν ἡμῖν,
Ἥρωες· ἡ λύρη γὰρ
Μόνους ἔρωτας ᾄδει.

Εἰς γυναῖκας. β'.

Φύσις κέρατα Ταύροις,
Ὁπλὰς δ' ἔδωκεν Ἵπποις,
Ποδωκίην Λαγωοῖς,
Λέουσι χάσμ' ὀδόντων,
Τοῖς Ἰχθύσιν τὸ νηκτὸν,
Τοῖς Ὀρνέοις πέτασθαι,
Τοῖς Ἀνδράσιν φρόνημα·

Γυναι-

8. Ἡρακλέης] *Herculem*, omnium Heroum maximum, nominans, *Heroicam* Materiam notat.

9. Χαίροιτε] Heroas *Valere* jubet, hoc eſt, Rejicit prorſus, vel ut viribus illius Muſæ Majores, vel ut Genio ſuo minùs gratos.

Ode II.

Hujus Odæ Carminum Genus idem atque *Prioris*.

V. 13. Φύσις κέρατα Ταύροις] *Baxter*, in ſuâ *Anacreontis* Editione, Penultimam Vocis κέρατα teſtatur ab *Orpheo* apud *Proclum* produci, Ταύρεα ἀμφοτέρωθε δύω χρύσεια κέρατα. Notandum verò, quòd rectè producatur; quandoquidem per contractum ex κερά-ατα fiat, Aliàs eſt κέρας & κέρατος, *Mediâ* brevi & κέρατος, κέρως. Hinc *Euripides*, nè proferam alios, *Bacch.* v. 919. Καὶ σῶ κέρατι κερατὶ σωθωπιφυκένη. Vid. *Jacob. Nicol. Loenſ.* Epiphyllid. l. 9. c. 14. hunc locum ex

Herculis; Lyra verò
Amores è contrà ſonabat.
Valeatis *ergò* in futurum nobis,
O Heroes; Lyra etenim *noſtra*
Solos amores canit.

2. In Fœminas.

Natura cornua Tauris,
Unguláſque dedit Equis,
Pedum pernicitatem Leporibus,
Leonibus hiatum Dentium,
Piſcibus natandi facultatem,
Avibus volare,
Viris Animoſitatem & *bellicam Virtutem*:
Fœminis

ex *Galeno* ornantem. Confer *Phocylid.* v. 116. *Oppian.* Halieut. l. 5. v. 94. & *Homeric.* Prælectionem noſtram X. fol. 69. ubi totam hanc *Oden* illuſtramus & παραδίδωμι.

17. Τὸ νηκτὸν] ἀντὶ τοῦ νηκτικόν· τῷ νῆξιν δηλοῖ, ἢ τὴν νηκτικὴν, δηλονότι τὴν φύσιν τοῦ νήχεσθαι. Vid. quæ Noſ. ad *Euripid.* Iphigen. Taur. v. 390.

19. Τοῖς ἀνδράσιν φρόνημα] Rectè hìc *Baxter* vocem φρόνημα de *Bellicâ Virtute* accipit, ſecùs atque putavit *Henr. Stephanus*, qui *Prudentiam* vertit: Nam utut *Leones* per ſe, etiam ſupra *Homines*, ſint *Magnanimi*, non rarò tamen *hi* etiam *illos* aggredi audent, Arte nempe *Bellicâ* & *Venaticâ* inſtructi, quibus animos ſupra omnia Animalia longè erigunt: ſenſúmque hunc, ut idem obſervat, ſequentia verba confirmant, v. 22. Ἀντ' ἀσπίδων ἀπιστίων. Nè dicam, quòd nimis injurii ſint Muliebri ſexui, qui *Prudentiam* illi negant, & præterea φρόνησις ſonat *Prudentiam*; φρόνημα nunquam certè aliàs, quod

Γυναιξὶν οὐκ ἔτ' εἶχεν.
Τί θὲι δίδωσι; Κάλῳ,
Ἀντ' ἀσπίδων ἀπασέων,
Ἀντ' ἐγχέων ἁπάντων·
Νικᾷ ὃ χ' σίδηρον,
Καὶ πῦρ, Καλή τις ὕσα.

Εἰς Ἔρωτα. γ'.

Μεσονυκτίοις ποθ' ὥραις,
Στρέφῃ ὅτ' Ἄρκτος ἤδη
Κατὰ χεῖρα τὴν Βοώτεω,
Μεσόπωι ὃ φῦλα πάντα
Κέαρ

sciam: Quare siquis hìc *Prudentiam* velit designari, omninò illi φρόνησιν legendum, aut πεπνύᾳ, aut simile quid, non φρόνημα. Nobis assentit Κεπκὼν οὐκ ἀσημότατος *Thom. Stanlæus*. Vid. *Euripid.* Æol. v. 1. & Notas in locum.

22. Ἀπασέων] Ita in *Textu* scribo pro *Communi* ἁπασῶν, quoniam *Iönes* id perpetuò faciant & *Anacreon* ex Mediâ sit *Ioniâ* oriundus. Ità mox v. 30. Κέατα pro κεῖνται. v. 32. θυρεῶν pro θυρῶν. v. 44. Ἰσίλω pro ἰσίαν. v. 171. Νεωσίης pro νεαίας. v. 911. Ἄϊδα pro ᾄδε. v. 954. Βόσκεαι pro βόσκῃ. v. 1091. Ἔπίσιον pro ἐφέσιον. v. 1257. Βάλεαι, pro βάλῃ. nè mille alios locos hìc commemorem, qui meliùs suo singuli ordine notabuntur.

Ode III.

Carminis genus in hâc *Odâ* & in proximè sequenti, idem ferè est atque in duabus præcedentibus, excepto, quòd *hæc certe Ode* in primo loco semper gaudeat *Anapæsto*, hocmodo, *Μεσονυκτ'* ⏑⏑-|ίοις|⏑-|*ποθ'* ὥ

Fœminis non amplius habuit, *quod daret.*
Quid igitur dat iis? Pulchritudinem,
Quæ inſtar Clypeorum omnium,
Inſtar *eſt* Haſtarum omnium;
Quinimò vincit etiam Ferrum,
Atque Ignem *ipſum*, ſiqua Pulchra ſit.

3. In Amorem.

Nocte aliquandò intempeſtâ,
Cùm jam Urſa vertitur
Sub manum Bootæ,
Mortaliúmque genus omne
Jacet

ἄ[υ-]ρεις]-. Quòd *hac certe Ode* dixi, non temere id dixi; aliquandò enim pro *Anapæſto, Spondæum* uſurpat, ejuſdem videlicet temporis pedem; etiam ubi plerumque *Anapæſtis* utitur, ut v. 459. & v. 469. Huic Generi *Ionicus ἀπ' ἐλάσσονος* frequenter immiſcetur, ut v. 393. 467. 574. &c. Et hoc Genus *Anacreonti* præ cæteris placuiſſe videtur; undè Nomen Ἀνακρεόντιον emphatice ſit ſortitum. Alii alio modo metientes aliud Genus faciunt, *viz. Trochaium, Dimetrum, Acatalecticum*, ut ſit *Pyrrhicius*, ſive *Dibrachys*, in Primâ ſede, deindè Tres *Trochæi*, hoc modo. ∪∪]-∪]-∪]-∪. Res eodem recidit, at prior Ratio potior.

27. Στρέφεται ὅτ' Ἄρκτος] MS. *Vatican.* στρέφεται ὅτ' ἄρκτοι, non prorsùs ineptè, cùm Duæ ſint Urſæ; licet *Homerus* unam ſolummodò notet, quem videſis *Iliad σ'.* v. 487. Item *Odyſſ. ε'.* v. 271. Vid. *Joſeph. Scaligeri* Annotat. in *Manilii* Sphær. l. 1. p. 75.

28. Βοώτεω] Ità *Ionicè* ſcribo, pro βοώτου, de quâ re Vide ad v. 22. & ità v. 271. in omnibus Exemplaribus

Κεἀ) κόπῳ δαμάσσα,
Τότ' Ἔρως ἐπιχαθεὶς μευ
Θυρέων ἔκοπ' ὀχῆας.
Τίς, ἔφην, θύρας ἀράσσει;
Κατά μευ χίσεις ὀνείρους.
Ὁ δ' Ἔρως, Ἄνοιγε, φησὶ,
Βρέφος εἰμὶ, μὴ φόβησαι·
Βρέχομαι δ', κἀπέλυσον
Κατὰ νύκτα πεπλάνημαι·
Ἐλέησα ταῦτ' ἀκούσας·
Ἀνὰ δ' εὐθὺ λύχνον ἅψας
Ἀνέῳξα, κ) βρέφος μὲν
Ἔσορῶ φέροντα τόξον,
Πτέρυγάς τε κ) φαρέτρην·

Παρά-

plaribus ſcribitur. De *Boöte* vid. *Heſych.* Interpretes *Homeri, Martinii* Lexicon Philologicum in v. *Edvard. Sherburne,* Militem, in *Manilium* & in *Senecæ* Medeam §. 20.

30. Κέατα κόπῳ δαμέντα] Κεάτα *Ionicum* pro κεῖντα, ut *Herodoto* κίεται pro κεῖται. Vid. ad v. 22. *Homeri* Iliad. κ' v. 471. Οἱ δ' εὗδον καμάτῳ ἀδδηκότες. *Virgil.* Æn. l. 4. v. 522. *Carpebant feſſa ſoporem Corpora.*

32. Θυρέων ἔκοπ' ὀχῆας] De θυρέων *Ionico* dixi ad v. 22. Diverſo planè ſenſu *Homero* Odyſſ. φ'. v. 47. ——θυρέων ἀνέκοπτεν ὀχῆας, nempe vi *Præpoſitionis.* MS. *Vatican.* θυρεῶν non benè; ut quæ Lectio minùs *Anacreonti* congruat, *Æolûmque* ſit Dialectus & Verſui prorſus noceat.

33. Θύρας ἀράσσει] Τὴν θύραν παταίσειν, *Ariſtophani.*

Jacet, labore domitum;
Tunc Amor ſuperveniens, mea
Forium pultabat repagula.
Quis, inquiebam, Fores tundit?
Diſrumpes mihi utique ſomnia.
Aſt Amor, "Aperi, inquit,
"Puerulus ſum; nè metuas:
"Pluviâ verò madeo & illunem
"Per noctem erravi.
Miſertus ſum, ut hæc audiî:
Et ſtatim, quùm accendiſſem Lucernam,
Aperui; & Puerulum ſanè
Aſpicio, ferentem Arcum,
Et Alas & Pharetram:

Ad

phani. Theocritus Idyll. 2. v. 6. Οὐδὲ θύρας ἄρραξεν ἀνάρσιος.

34. Σχίσεις] *Vatic.* MS. χίζεις, non ſine Verſûs Detrimento, quare minùs probo. Puto ego legendum χίσας, nempè quòd non jam id facturus eſſet, ſed jam feciſſet, & ſomnium enim & ſomnum *Anacreonti* excuſſerat. Ità mox v. Τί μευ καλῶν ὀνείρων Ἀφήρπασας βάθυλλον; Notandum verò, *Aoriſtorum* Primorum *Participia Ultimam* ſemper *Producere.*

37. Βρέχομαι] Vid. infrà ad v. 51.

41. Βρέφος——φέρνιξα τόξον] Σχῆμα, Πρὸς τὸ σημαινόμενον. Ut *Homer.* Iliad. χ. v. 84. Φίλε τέκνον, Ità hìc βρέφος——φέρνιξα· utrobique παῖς ἄρρην intelligitur. Quòd licet *Hen. Stephanus* minimè ignorare potuit, non tamen acquievit, deceptus per τὸ, μὲν, cujus ἀπόδοσιν, ὃ putabat hìc poſtulari, quare φέρνι δὲ: legebat, cùm illud non niſi *Tertio* pòſt Verſu debeat inferri, *viz.* v. 44. Παρὰ δὲ ἰτέλῳ καθίσας.

44. Ἰτέλῳ

Παρὰ δ' ἰσίλιω καθίσας
Παλάμαισι χεῖρας αὐτῦ
Ἀνέθαλπον, ἐκ δ' ἡ χαίτης
Ἀπέθλιβον ὑγρὸν ὕδωρ.
Ὁ δ', ἐπεὶ κρύος μεθῆκε,
Φέρε, φησὶ, πειράσωμεθ
Τόδε τόξον, εἴ τι μοι νῦν
Βλάβεϑ βεβαχεῖσα νευρή·
Ταυύϕ δ', καμε τύπτϕ
Μέσον ἦπαρ, ὥσπερ οἶστρος,
Ἀνὰ δ' ἄλλεϑ καχάζων,
Ξένε, δ' εἶπε, συγχάρηθι·
Κέρας ἀβλαβὲς μὴν ἔστι,

Σὺ

44. Ἰσίλιω] Ità *Ionicè*, ſpiritu Leni, pro ἱσίοιν, ut conſtat ex voce ἱπίσιον, v. 1091. Ità ἥλιος, ἠέλιος, ἠμέρα, ἦμαρ. *Ibid.* καθίσας) Ità ſcribo, cum Duplici σ' ob *Metrum*; cùm aliàs iſta ſyllaba ſit brevis, ut ex plurimis Poetarum locis conſtat; unus ex *Homero* nobis ſufficiet, *Odyſſ.* ε'. v. 572. Ἀσσοτέρω καθίσασα παρὲ πυεί. *Vatican.* MS. καθίξας, quod minùs probo, ut *Doricum*.

45. Παλάμαισι] MS. *Vatican.* παλάμας τε malè; ut cuivis apparebit.

48. Κρύος μεθῆκε] Κρύος, ſive *Activè*, ſive *Neutralitèr* ſumatur, utrobique Recto Caſu accipiendum.

49. Πειράσωμεθ] MS. *Vatican.* πειράσωμαι.

50. Εἴ τι] Olim ἐσὶ, pro quo *Baxter* ἐς τί; Rectiùs *Scaliger*, *Henr. Steph.* & *Fabri* filia, εἴ τι.

51. Βλάβεται] *Homer.* Iliad. τ'. v. 166. & *Odyſſ.* χ' v. 34.——Βλάβεται δέ τε γυναῖ' ἰόντε. *Ibid.* Βεβαχεῖσα]

Ad Focum itaque quùm ſtitiſſem,
Palmis *meis* manus ejus
Refovebam & ex ejus cæſarie
Exprimebam humidam aquam.
Ille autem, ubi frigus *ſe* remiſerat,
" Age, inquit, experiamur
" Huncce Arcum, nunquid mihi jam
" Lædatur madefactus nervus:
Tendit itaque & me ferit
In medium jecur, tanquam Aſilus,
Exilitque cachinnans,
Et, " Hoſpes, inquit, congratulare:
" Cornu quidem *meum* illæſum eſt,
" Tu

σε] A βρέχω, *Madefacio*, ut ſuprà v. 37. Βρέχομαι & infrà v. 244. Καταβρέχω. Vox *Homerica* βρόχε, ſonitum fecit, aliò referenda, de quâ *Euſtath.* fol. 911. lin. 4.

53. Μέσον ἧπαρ] Jecur, Amoris ſedes. Ὡς γὰρ Καρδία, θυμῷ τις εἰσία, καὶ λογιστικῇ Κεφαλὴ, ἕτω καὶ Ἧπαρ, τὸ ἐπιθυμίας, inquit *Euſtath.* fol. 1700. lin. 8. Ità *Theocrit.* Idyll. XI. v. 16. —— τό οἱ ἧπαπι πᾶξε βέλεμνον. Plura *Longepierre* congeſſit.

54. Ἀναὶδὴ ἄμμεται κακάζων] *Tmeſin* frequentèr adhibet *Anacreon*, ut v. 34. Καλά μευ χίστις ὀνείρους. V. 40. Ἀναὶδὴ εὐθὺ λύχνον ἅψας, &c. Κακάζω, pro καγχάζω, *Poeticè*, quâ voce utitur *Theocrit.* Idyll. 5. v. 142. Κἠγὼ γὰρ ἴδ', ὡς μέγα τοῦτο κακαξῶ. *Heſych.* Καφάζειν] γελᾶν. Lego, Καχάζειν. Hinc *Latina* vox *Cachinnor*, ex quâ etiam γ' rejicitur. *Homerica* Vox, Καγχαλόω. Vid. *Suidam* in v. Ἀνακαγχάσας. De hujuſmodi amarulentis Cupidinis jocis, *Meſchus* Idyll. 1. v. 11. —— δόλιον βρέφος· ἄγρια παίσδ.

56. Κέρας ἀβλαβὲς μὲν ἐστι] Pro ἐστὶ *Vatican.* MS. ἐμοὶ, malè; Verſu nempè refragante.

57. Καρ-

Σὺ δ' καρδίῃ πονήσεις.

Εἰς ἑαυτόν. δ'.

Ἐπὶ Μυρσίναις πεφίναις,
Ἐπὶ Λωτίναις τε ποίαις
Στορέσας, θέλω πεφπίνειν·
Ὁ δ' Ἔρως, χιτῶνα δήσας
Ὑπὲρ αὐχένος παπύρῳ,
Μέθυ μοι διηκονείτω.
Τροχὸς ἅρματος ὡς οἷα
Βίοτος τρέχει κυλισθείς,
Ὀλίγη δὲ κεισόμεθα
Κόνις, ὀστέων λυθέντων.
Τί σε δεῖ λίθον μυείζειν;

Τί

57. Καρδίῃ] *Vatican.* MS. καρδίαν.

ODE IV.

De Carminis Genere diximus ad *Oden* precedentem.

V. 58. Ἐπὶ Μυρσίναις] De *Myrto* arbore Vid. *Pierii* Hieroglyphic. l. 50. fol. 373. *Myrteis* autem frondibus ſtrati & *Corollis* vincti bibebant Veteres, ut *Euripid.* Alceſt. v. 759. ——στέφει δὲ κρᾶτα μυρσίνοις χλαίδοις. Vid. *Paſchalium* de *Coronis*. Ità *Horat.* l. 1. Od. IV. *Nunc decet aut viridi nitidum caput impedire Myrto.* Eſt enim Arbor Odoris ſuavitate & foliorum ſpecie gratiſſima & proindè *Amori* atque *Hilarilati* dicata.

59. Λωτίναις] De *Loto* vid. eundem *Pierium* l. 52. fol. 384. *Euſtathium* περὶ Λωτοφάγων, *Plinium*, *Theophraſtum*, *Dioſcoridem* &c. Pro ποίαις *Vatican.* MS. πόαις, minùs rectè; nec enim ſine versûs detrimento.

60. Στο-

Tu autem cor dolebis.

4. De ſeipſo.

Super Myrtis tenellis,
Super & Lotinis herbis
Stratus, volo potare.
Amor itaque, tunicam ligans
Super cervice Papyro,
Merum mihi adminiſtret.
Velut enim Rota currûs
Vita *noſtra* currit voluta;
Exiguúſque jacebimus
Cinis, Oſſibus ſolutis.
Quid te opus eſt Lapidem inungere?

Quid

60. Στρέϊσας] Subaudi ἑμαυτὸν, quomodò *Attici* loqui gaudebant, ut Nos ad *Euripid.* Heraclid. v. 884. & *Electr.* v. 1034. Ità *Virgil.* Æneid. l. xi. v. 707.——*Pugnaque accinge pedeſtri*, pro *Accingere*, ſubaudi *te*.

62. Ὑπὲρ αὐχένος παπύρου] Eleganter & facetè *Cupidinem* à Poculis ſibi facit, idque ſervi *Ægyptii* in morem, cui tempore Miniſterii Tunica eſſet Humeris alligata Nodo Papyraceo, ut *Juvenal.* Satyr. iv. v. 24. Succinctus patriâ quondam, *Criſpine*, Papyro. De Papyro vid. *Plinium* & *Pierii* Hierogl. l. 57. fol. 411. D. &c. De *Cupidine* famulante, infrà ad v. 73.

63. Μίξον μοι διπλοΐτιν] *Ionicè* pro διπλοΐδα, undè *Antepenultima* τῆ Διπλοΐδος fit per ſe longa, ut in illo *Trochaico* apud *Suidam*, Φεῦξ ἀνὴρ πλαγαῖς ἀμπίσιν καὶ διπλοΐτιδος. Ità *Eurip.* Cyclop. v. 31, *Jon.* v. 396. Item, *Anthologia* plus ſemel. Vid. infrà, ad v. 146.

64. Τρόχος ἅρματος δ' οἷα] *Vatican.* MS. τροχὸς δ' οἷα ἅρματος, nimis turbatè. Eandem ἔννοιαν habet *Phocylides* v. 25.——ὁ βίος τροχὸς, ἅπαντος ὄλβος.

Τί δὲ γῇ χέειν μάταια;
Ἐμὲ μᾶλλον, ὡς ἔτι ζῶ,
Μύρισον, ῥόδοις ὄχ' κρᾶτα
Πύκασον, καλῷ δ' ἑταίρῳ.
Πρὶν, Ἔρως, ἐκεῖ μ' ἀπελθεῖν
Ὑπὸ νεκτέρων χθονείας,
Σπεδάσαι θέλω μεθύμνας.
Τὸ

Anthолog. l. 1. c. 90. fol. 122. ὁ ὄχ κεφν@ πύκλ. *Sil. Italic.*——Rota volvitur Ævi.

71. *Μύρισον ῥόδοις ὄχ κρᾶτα Πύκασον*] Hunc locum imitatur *Anonymus*, Anthолog. l. 2. c. 46. fol. 172. *Μὴ μύρα, μὴ στεφάνους λιβύσσης σήλαισι χαρίζου κ. λ.* Item nos in Epigrammate quodam *Græco*, quod exhibemus ad *Euripid.* Troad. v. 1248. Quibus Adde, D. *Auguſtini* De Civit. Dei l. 1. c. 12. ubi Exequiarum ſumptus, *Vivis* potius *ſolatio*, quàm *Mortuis ſubſidio* dicit. D. *Ambroſ.* De *Nabuthe* c. 1. Sericæ Veſtes & Auro intexta Velamina, quibus Divitis Corpus ambitur, *Damna* Viventium, non *ſubſidia* ſunt Defunctorum. Quod ad κρᾶτα attinet, fruſtra ſunt, qui hanc Vocem in Maſculino Genere, à *Sophocle* primò uſurpatam aſſerant, decepti ex illo *Euſtathii* loco, fol. 700. lin. 62. *Παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ τὸ κρᾶτα εὕρηται καινότερον·* cùm eodem *Euſtathio* fatente, *Homerus* ipſe ità uſurpârit, ut videndum ad *Odyſſ.* Θ' v. 92. Ἀψ δ' Ὀδυσεὺς κατὰ κρᾶτα καλυψάμεθ@ χλαίνῃσιν.

σοφῶς, *Technicé*. Dicimus itaque τὸ λελῃθὸς, etiam *Adverbialitèr*, at τὸ λελῃθότως nequaquam. *Vatican.* MS. λελῃθὸς legit, quæ vox non eſt, niſi *Participii Genitivus*, quare nihil hìc habet. Quoniam verò τὸ σύνοφρυ in Amicâ ſuâ laudabile non putat, & tamen in Picturâ penè dimidiatâ, neceſſe erat quodammodò ut σωνοφρύωμαί τι fieret, ideò dicit, Faciendum quidem τὸ σύνοφρυ, aſt ità, ut res minimè pateat, nempè quià minùs grata ſit futura: Fiat ergò, verùm λελῃθότως, ut modò dixerat v. 403. Τὸ μεσόφρυον μὴ ἀφάπτε, μηδὲ μίσγε· δηλονότι μὴ ἀφάπτε τῦθ' ὧδε ἂν συνεχὲς γένοιτο· μηδὲ μίσγε· τῦθ' ὧδε ἂν κατὰ φύσιν· Ἀλλ' ἐχέτω μὲ τὸ σωόφρυ, λελῃθότως ὂν, καὶ βλεφάρων ἴτυν κ. λ. *Claudian.* Quam juncto levitèr ſeſe diſcrimine confert Umbra ſupercilii! *Petronius*, Supercilia ad Malarum Stricturam currentia & rurſus confinio Luminum penè permixta. *Ariſtænetus*, Τόδε μεσόφρυον ἐμμιήτεως τὰς ὀφρῦς διοείζει. *Ammian. Marcellin.* l. xxiii. Superciliis in ſemiorbium ſpeciem curvatis junctiſque. Adde his *Henr. Steph.* Dom. *Dacier*, *Longepierre* &c.

407. Βλεφάρων δ' ἴτυν κελαινὴν] *Henr. Steph.* & *Fabri* filia viderunt τὸ δ' poſt βλεφάρων poni debere; ſiquis priùs-confirmatæ Lectioni adhæreat, quod &

Ἅμα γλαυκὸν, ὡς Ἀθηνης,
Ἅμα δ' ὑγρὸν, ὡς Κυθήρης.
Γεάφε ῥῖνα, μὴ παρειὰς,
Ῥόδα τῷ γάλακτι μίξας·
Γεάφε χεῖλος, οἷα Πειθῦς,
Προκαλύμμιον φίλημα.
Γεάφε δ' ἔπω γενείῳ,
Περὶ λυγδίνῳ τραχήλῳ,

Χάρι-

ego faciendum puto. Nota, ἴτυν βλεφάρων eleganti Periphrasi positum pro βλεφαρίδας, quod miror *Henrico Stephano* non visum.

410. Γλαυκὸν ὡς Ἀθήνης] *Homero* γλαυκῶπις Ἀθήνη. *Glaucus* color, Cæruleus, i. e. subviridis, albo mixtus & quasi Clarus, & igneo quodam splendore suffusus. De hujusmodi oculis *Theocrit.* Idyll. 20. v. 25. Ὄμμασι δ' ἅ μοι ἴλω Χαριπώπεα πολὺν Ἀθήνας. Vid. Dom. *Dacier* & *Longepierre*.

411. Ἅμα δ' ὑγρὸν, ὡς Κυθήρης] *Apuleius* l. 3. *Rhotidis* oculos udos ac tremulos vertit. *Petronius*, Oculorum quoque mobilis petulantia. Optimè hìc *Henr. Stephanus*. Quod ad ὑγρὸν attinet. verti *Pesum*; illum secutus versum, qui est inter Diversorum Authorum Epigrammata, *Minerva* flavo lumine est, *Venus* pœto. Ità hìc *Anacreon* terribilem *Minervæ* Aspectum facit, *Veneris* languidum & mollicellum. *Pollux*, ὑγρὸν, θηλυκὸν, ἀνανδρον. Sensus itaque loci, *Aspectus* Oculi sit partim *terribilis*, partim *amabilis*; ut hinc *Amorem*, illinc *Reverentiam* conciliet. Ἔννοια frequens & obvia & mirè mox amplificata à v. 436. ad v. 441. *inclusivè*.

412. Γεάφε ῥῖνα] *Vatican.* MS. ῥῖνας, malè. De colore *Nasi* vid. in sequenti Notâ.

413. Ῥό-

Simul' *nempè* Cæſium, ut Minervæ,
Simul lubricum & pætum, ut Veneris.
Pinge Naſum atque Genas,
Roſas Lacte commiſcens;
Pinge Labium, veluti Suadelæ,
Provocans ſuaviolum.
Delicatulúmque infra Mentum,
Circum Lygdinum *& candens* Collum,
Gratiæ

413. Ῥόδα τῷ γάλακτι μίξας] Ut ſit *Naſus* ex Colore candido, mediocriter animato; majórque in *Genis Roſei* Coloris mixtura, minor in *Naſo*: Major è contrà in *Naſo* Lactei coloris ſtrictura, minor in *Malis*. *Propert.* l. 2: Eleg. 3. *Ut Mœotica Nix Minio ſi certet Ibero, Utque Roſa puro Lacte natent folia.* *Virgil.* Æn. l. 12. v. 67. *Indum ſanguineo veluti violaverit Oſtro ſiquis Ebur* &c.

414. Γραφὲ χεῖλος, οἷα Πειθοῦς] Os & Labia *Suadæ* ſedes, ut *Eupolis*, Πειθώ τις ἐπικάθηζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν. Quem locum reſpicit *Lucianus* in *Demonacte*, Καὶ ταῦτα πάντα μετὰ χαρίτων ἡ Ἀφροδίτης αὐτῆς ἔσταται καὶ πῦ καὶ ἔλεγχε, ὡς ἀεὶ, καθὰ Καμωικὸν ἐκεῖνο, Τὴν Πειθὼ τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ ἐπικαθῆσθαι, Hunc *Anacreontis* locum imitati ſunt plures & ipſe *Anacreon* ad v. 448. & Nos in *Eſtherâ* à v. 345. ad v. 355.

415. Περικαλύμμιον φίλημα] *Lampridius* de *Diadumeno*, Ore ad oſcula parato, hoc eſt *Prominulo*, inquit *Caſaubonus*. Et *Salmaſius*, Os ad Oſcula paratum elegantiſſimè dicitur de Ore prominulo & quaſi ad Oſculum dandum & accipiendum parato. Ex Notis *Longepierre*.

417. Περὶ Λυγδίνῳ τραχήλῳ] Id eſt, Collo in modum *Parii* Lapidis candido. *Pindar.* Nemeonic. Od. IV. v. 131. Σέλαν ἥμῳ Παρίᾳ λίθῳ λελιγμέναν. *Scholiaſt.* Πάριος λίθος ἐστὶν ὁ καλούμενος Λύγδινος. Ità *Antholog.*

Χάριτες πέτοιντο πᾶσαι.
Στόλισον τολοιπὸν αὐτὴν
Ὑποπορφύροισι πέπλοις· 420
Διαφανέτω δ' σαρκῶν
Ὀλίγον, τὸ σῶμ' ἐλέγχον.
Ἀπέχει· βλέπω γ' αὐτιώ·
Τάχα, Κυβὲ, κ' λαλήσεις.

Ἐπὶ τοῖς τὸν ζωγράφον τοῖ τῦ ἐρωμένυ ἑαυτῦ, τῦ Βαθύλλυ, κθ'.

Γεάφε

thol. l. 7. fol. 486. Δειχὴ Λυγδίνη κ' σήθια μαρμαίρουσα. Ità *Virgil.* Georgic. l. 4 v. 523. De Orpheo, *Tum quoque Marmoreâ Caput à Cervice revulsum.* Et *Petronius* de *Circe*, Marmoreis Cervicibus. *Parium* autem Marmor non *Candore* tantùm, ſed & *Lævore* excellebat, ut *Anthолog.* l. 7. fol. 483. —— Ὅτι σῦ τὸ σῶμα ἀπῆλθε Κεῖνο, τὸ δ' Λύγδε, βάσκανε, λειότερον. Hinc *Varro*, *Collum, procerum, fictum lævi Marmore.* Et *Martial.* Candida non tacitâ reſpondet Imagine Lygdus. *Horat.* l. 1. Od. xix. *Urit me Glyceræ nitor Splendentis Pario marmore purius.* *Seneca* in Hippolyto, *Lucebit Pario marmore clarius.*

418. Χάριτες πέτοιντο πᾶσαι] Tres tantùm *Gratias* fingunt Poetæ, at Amatores innumeras; quem locum uberiùs hauſimus ad illùd *Eſtheræ* v. 388. Ἔσμὸς ἀνηρίθμων χαρίτων.

419. Στόλισον] Multi multa de hâc Voce, quam de *Fœminis* rarò apud *Græcos* contendunt uſurpari, apud *Latinos* frequentiùs fatentur; quùm *Stola Latinorum* à *Græcis* ſit mutuatum. At *Anacreon* hîc uſus eſt de *Feminili* Veſtitu, ut *Anthолog.* fol. 325. ——

μα-

Gratiæ volitent Universæ.
Vestito, quod restat, illam
Subpurpurascentibus indumentis;
Transluceátque Carnium
Aliquota pars, totum corpus, quale sit, ostendens.
Satis-est: Video enim *jam illam* ipsam:
Fortasse, ô Cera, & loquéris *Statim*.

29. Ad Pictorem de Amasio suo, *Bathylla*.

Pinge

μελανὰς ἐσαμένα πολίδας, & *Euripid.* Phœniss. 1743. Σθλιδωσαμένα νεοσίδα.

423. Ἀπόχρη] Satis est, sufficit. Vix aliàs in hoc sensu reperias, nisi forte *D. Marci* c. 14. v. 41.

424. Τάχα, Κηρὸς, ἢ λαλήσεις] Elegantèr notat Imaginem adeò similem, ut nihil ampliùs desit, exceptâ unicâ Loquelâ; quam tamen videtur dubitare, an prorsus defuerit; cùm vel Cera ipsa loqui posse videatur. *Fabri* filia jure miratur hunc locum, ut & Pater, qui exponit, Nil supereſt, nisi ut loquatur. Confer v. 449.

Ode XXIX.

Genus Carminis in hâc *Odâ* idem cum illo in Præcedenti, Eadem quoque Ἔννοια. Titulus verò hic est, Ἐπ ὡραῖς τ ζωγράφον, περὶ ᾧ ἐρωμένε ἑαυτῦ. ᾧ Βαθύλλε. Olim, Εἰς Βαθυλλον. Et hæ Duæ Odæ sunt Pares & geminæ, seque invicem exponunt. Nam ut in *Priori* descripsit Consummatissimam Formam *Virginalem*, ità in *Hâc* describit Exactissimam Formam Adolescentis pulcherrimi, jam primùm Pubescentis; *Cowleii* enim nostri more, Veteribus illis usitatissimo, de Rebus multis loquitur, tanquam *Lo-*

cis

Γράφε μοι Βάθυλλον ὕπω,
Τὸν ἑταῖρον, ὡς διδάσκω.
Λιπαρὰς κόμας ποίησον,
Τὰ μὲν ἔνδοθεν μελαίνας,
Τὰ δ' ἐς ἄκρον ἠλιώσας·
Ἕλικας δ' ἐλευθέρους μοι
Πλοκάμων, ἄτακτα συνθείς,
Ἄφες, ὡς θέλουσι, κεῖσθαι.

Ἄπαγε

eis Communibus, ut probamus in hujus Authoris Vitâ. *Ælianus*, ità certè, Μὴ γάρ τις ἡμῖν ἀξιοπλάστω πρὸς θεῶν τὴν ποιητὴν τὴν Τήϊον, μηδ' ἀκόλαστον εἶναι λεγέτω. Quòd itaque *Bathylli* nomen affingat, id quidem *Polycratis* gratiâ potuit facere, vel etiam ipsius Veritatis vi coactus; quandoquidem illius Forma fuerit præstantissima, quod probamus ad v. 140. & v. 469. Potuit sanè vel Verum, vel Fictum nomen similitèr in præcedenti Odâ posuisse, verùm ex Decoro siluit, quòd hujus Sexûs proprium sit *Modestia*; Adolescentuli facilè Nomina etiam sua ob Pulchritudinem extolli patiantur.

427. Λιπαρὰς κόμας ποίησον] Prior syllaba in ποίησον Communis, quod notamus ad v. 147. & aliás. Λιπαρὰς) οἱονεὶ μύρῳ λιπῶν, ἢ εὐοδμῶν, καὶ στίλβων· οἱονεὶ καλὰς, ἁπαλὰς, καθαρὰς, λευκάς. Simplicitèr hìc pro *Tersus*, *Purus*, *Nitidus*, *Pulcher*. *Homer*. Odyss. ὁ v. 331. Αἰεὶ δ' λιπαρὰ κεφαλὰς καὶ καλὰ πρόσωπα. *Aristoph*. λιπαρὰς χοιρῶν ἐκ βαλανείου. *Sophocles*, quùm incultum, horridum & incomptum capillum vellet significare, ἀλιπαρῆ τρίχα dixit.

428. Τὰ μὲν, τὰ δὲ] *Vatican*. MS. bis legit τὰς pro τὰ, quod minimè ferendum: Nec enim *Versûs* ratio patitur, nec *Sensûs* proprietas. Non enim dicit, Hos Capillos

Pinge mihi Bathyllum ità,
Amicum illum meum, ut Ego doceo.
Nitidas comas facito,
Interiùs quidem nigricantes,
Exteriùs autem rutilantes:
Cincinnulósque liberos mihi
Capillorum, incompositè componens,
Permitte, suo arbitrio jacere.

Teneram

Capillos nigros, illos subrufulos; sed eosdem ipsos Capillos hàc in parte, *viz.* interiùs Nigricare, exteriùs Flavescere. Τὰ μὲν itaque *Synecdochicè* pro καὶ τὰ & subaudiendum μέρη πινὰ, ut aliàs, v. 917. Sic infrà, v. 438. & 440. τὸ μὲν, τὸ δὲ, bis pro *partim* ponitur.

429. Τὰ δ' ἐς ἄκρον ἠλιώσας] Habes & apud *Philostratum* ἠλιῶσαν κόμην. Et *Eunapius* penè ipsis *Anacreontis* verbis, Αἱ κόμαι μελάντεραί τε καὶ ἠλιῶσαι κατηκέχυντο. Est autem ἠλιῶσα, sive ἠλιώδης κόμη, quam *Homerus* ξανθὴν vocat, qui & Μενέλαον ξανθὸν vocat, ξανθότριχα & ξανθόκομον. Cæsariem hujusmodi χρυσῆν etiam nominant, undè χρυσοχαίτης Ἔρως suprà v. 103. Ità χρυσόκομος, ut *Latinis* Auricomus & Aurea Coma. Quòd autem dicit partim μελαίνας, partim ἠλιώσας, conferri debet cum *Ovidii* illo, *Nec tamen Ater erat, nec erat Color Aureus illis; Sed quamvis Neuter, mixtus Uterque Color.* Prætereà *Porphyrio* exponens illud *Horatii*, l. 3. Od. 14. *Myrrheum Nodo cohibere Crinem*, ait, Colorem Myrrheum in Crinibus hodiè quoque dicunt, qui Medius est inter *Flavum* & *Nigrum*. Sic in quodam incerti Authoris Epigrammate, Εἶπε σε κυανέησιν ἀμπίλοισιν ἐῴκεσαν ὀφρύες, Εἶπε πάλιν ξανθαῖς ἔιδον, Ἄνακρε, κόμαις. *Henric. Stephan.* Vid. ad v. 401.

432. Ἄφες, ὡς φίλωσι, κεῖθι] χρ. φίλωσι. Τῷ ἄνωθεν exegeticum est, quod *Atticum* scias Adverbium

pro

Ἁπαλὸν ἢ καὶ δροσώδες
Στεφέτω μέτωπον ὀφρὺς,
Κυανωτέρη Δρακόντων.
Μέλαν ὄμμα γοργὸν ἔστω,
Κεχερασμένον γαλήνῃ·
Τὸ μὲν ἐξ Ἄρεως ἔλκον,
Τὸ δὲ τῆς καλῆς Κυθήρης·
Ἵνα τὶς τὸ μὲν φοβῆται,
Τὸ δ' ἀπ' ἐλπίδος χρεμᾶται.

Po-

pro ἀζάκτας. Ità *Petronius* de *Circe*, *Crines ingenio ſuo flexi per totos ſe humeros effuderant* Et *Apuleius*, *Sed in meâ* Photide *non operoſus, ſed inordinatus Ornatus addebat gratiam: Uberes enim Crines lenitèr emiſſos & Cervice dependulos, ac deindè per Colla diſpoſitos, ſenſimque ſinuato* Patagio *reſidentes, pauliſpèr ad finem conglobatos, in ſummum Verticem nodus aſtrinxerat.*

433. Ἁπαλὸν ἢ καὶ δροσώδες] Δροσώδης, Roſcidus, per *Metaphoram*, Tener; ut ſuprà v. 411. ὑγρὸς pro μαλακὸς, ϑῆλυς, undè fortè ϑῆλυς εἶδος *Homero*. Certè *ſucculentus*, Latinis & *IUICY*, *Anglis*, tale quid ſonat. *Antipater* Anthолog. l. 1. c. 29. fol. 39.——— ὑδατίνους βραχίονας vocat. A *Grammaticis* tamen δροσώδης ſive ἁβρὸς exponitur καλὸς, petitâ, ut dicunt, *Metaphorâ* ἀπὸ τῶν διδροσωμένων ἀνθῶν· ταῦτα γὰρ καλλίονα φαίνεται. *Ariſtophan.* Τοῖς αὐδοίοισι δρόσον καὶ χνῦς ἄττα περ μήλοισιν ἐπήνθει. *Alexis* apud *Athenæum* vocat teneras Carnes, Κρεάδια δροσώδη τὴν χύσιν· ὅτι δρόσος αὐθεντὴς καὶ ἀβρανὴς ὅμβρος. *Alciphron.* Ἤπαρ δρόσῳ ὡραιστοικὸς· διὰ τὴν ἐκ τῆς πιότητος λεπτότητα. *Theophraſt.* μυλακὸς καὶ δροσώδης. Vid. *Iſaac Caſaubon* in *Athenæ.* l. IX. c. VIII.

435. Κυανω-

Teneram indè & roſcidam
Arcuet Frontem Supercilium
Magis-cæruleum Draconum-*oculis*.
Nigricans Oculus acer eſto,
Mixtus tamen tranquillitate;
Illud nempè à Marte trahens,
At hoc à formosâ Venere:
Ut aliquis partim quidem metuat,
Partim ex ſpe pendeat.

Roſeam

435. Κυανωπίῃ Δρακόντων] Τὸ ὀξυδερκὲς δηλοῖ· ὅθεν καὶ αὐτὴ λέξις ἔστ ὁράκων, παρὰ τὸ ἑόρακον. ἢ ζοφερὸν καὶ φοβερὸν ἔστ βλέμματος, ἢ τὸ μίλαν τ ὀφρύων, ὡς Ὅμηρος, Κυάνεοι δ ὁράκοντες κ. λ. *Euſtath.* ad Iliad. λ. v. 24. Τῷ δ' ἤτοι δίκαι οἶμαι ἔσαν μίλανος Κυάνοιο) Κύανος, εἶδός τι χρώματος μίλανος, ἐξ ὃ τὸ κυάνεον. τοιοῦτον δ καὶ τὸ χρῶμα ἔστ ἐρυθρῷ ἀναγκαίως καθὰ τὰς φυσικὰς, ὁπηνίκα ἐπὶ πάντα ἀνέφλεγε. Quod ad φοβερὸν ἔστ ἐρωτικῷ attinet, & ſuprà ad v. 411. diximus & infrà ad v. 436. dicemus.

436. Μίλαν ὄμμα ζοφερὸν ἔσω] Ut ſuprà *Puellæ* Aſpectum miſcuit ex *Minervæ* ſimul & *Veneris* unitis Gratiis; ità hìc *Puſionis* oculos componit ex *Martio* Vigore & *Venuſto* Lepore, quod mox apertè prodit. Conſer locos; dulciores favos nuſquam aliàs reperiet Deliciarum Arbiter, excepto illo ἡδυπνεύσῃ ἀοιδῇ, * *Cantic.* c. VI. v. 10. *Quæ eſt Illa, ſpectabilis velut Aurora, Pulchra ut Luna, Pura ut Sol, Terribilis, ut Cohors Vexillifera?*

440. Ἵνα τὸν μὲ φοβῆται] En! iterum hìc τὸ μὲ, τὸ δὲ *Abſolutè*, non in Regimine, ut ſuprà v. 428. τὰ μὲ, τὰ δὲ. Rectè itaque *Henr. Steph.* in Verſu proximè ſequenti legit, Τὸ δ' αὖτ' ἐλπίδος, non τῇ. Articulus τὸ poſtulat, ut μέρος ſubaudias.

Ῥοδίνῳ δ', ὁποῖα μῆλον,
Χνοΐην ποὶ παρειῇ·
Ἔρύθημα δ', ὡς ἂν Αἰδῶς
Δύνασκῃ βαλεῖν, ποίησον. 445
Τὸ δ' χεῖλος ἡδὺ οἶδα,
Τινί μοι τρόπῳ πιήσεις,
Ἄπαλὸν, γέμον τε Πειθοῦς.
Τὸ δ' πᾶν ὁ χαρὺς αὐτὸς

Ἔχέτω

442. Ῥοδίνην δ', ὁποῖα μῆλον, χνοΐην ποὶ παρειήν] Vel, Τῷ χνοΐην παρειὴν ποὶ ῥοδίνῳ, ὁποῖα μῆλον. Vel, Ῥοδίνῳ παρειῷ ποὶ χνοΐην, ὁποῖα μῆλον. Illud, inquit *Henr. Stephan.* quodammodò ἄχαρι, hoc autem propter inversum Verborum ordinem, duriusculum videtur. Sed elegans est alioquin *Metaphora*, ut *Aristoph.* loco suprà laudato v. 433. Lanuginem Poetæ quoque *Latini* appellant; & ut *Aristophani* χνοῦς, ὥσπερ μήλοισιν, ἐπήνθει, ità Florem vocat *Virgilius* Æn. l. 8. v. 160. *Tum mihi prima Genas vestibat flore Iuventa.* Per μῆλον hìc intellige *Cydonium* Malum; ut apud eundem Poetam *Eclog.* 11. v. 51. *Ipse ego cana legam tenerâ lanugine Mala.* Κυδωνίας μηλίδας *Ibycus* vocat, undè factum Verbum Κυδωνιᾶν à *Leonidâ.*

443. Χνοΐην ποὶ παρειὴν] Hunc locum explicatum habes in Notâ præcedenti. Ποὶ priorem corripit, ut σοὶ facit v. 330. Vid. ad v. 147. 324. 427. 445.

444. Ἔρύθημα δ' ὡς ἂν Αἰδῶς] *Forte* ὅσσον, pro ὡς ἂν, quod nescio, an non meliùs arrideat, ut sit per Appositionem, hoc modo, Ἔρύθημα ὑποίησον, ὅσσον Αἰδῶς δύνασκε βαλεῖν. Et rectè ad *malas* ἐρύθημα posuit, cùm *Gena* sint *Pudoris* sedes. *Plinius*, Infrà Oculos

Roſeam quoque, veluti Pomum,
Lanuginoſam facito Genam;
Et Ruborem, quantum Verecundiæ
Potes adjicere, facias.
Labium equidem nondum ſcio,
Quâ mihi ratione facies,
Mollicellum, plenúmque Suadâ:
Per-totum-denique *Vultum* Cera ipſa

Se

culos *Malæ* Homini tantùm, Priſci *Genas* vocabant: Ibi oſtenditur Pudor. Nec inaccuratè Αἰδῶς ad ἐρύθημα poſuit, cùm ſit aliud ἐρύθημα, præter illud *Verecundiæ*, cujus *Rubor* dictus ab *Ariſtotelis* filiâ *Color Virtutis*. Verùm ſi ὡς ἂν retineatur, *Henr. Stephan.* ait, ὡς hìc pro ὅσον poni, quod novum non eſt: Nam *Grammatici* ad illud *Homeri* Odyſſ. ε'. v. 344. Καὶ κρίας, ὡς οἱ χεῖρες ἐχάνδανον, exponunt, ὡς, ἀντὶ τοῦ ὅσον. Αἰδὼς autem hìc προσωποποιεῖται, ut *Homer.* Iliad. ω'. v. 44. ——ἀλλ' οἱ Αἰδὼς Γίνεται, ἥτ' ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ' ὀνίνησι.

445. Ποίησον] Prior ſyllaba brevis, ut ſuprà v. 443. & infrà v. 447.

447. Ποιήσεις] Vid. ad Not. præcedentem.

448. Ἁπαλὸν, μέμψιν τε Πειθῆς χεῖλος] Ità ſuprà v. 414. Γράφε χεῖλος, οἷα Πειθῆς.

449. Τὸ δ' ὅπαν ὁ κηρὸς αὐτὸς ἐχέτω λαλῶν σιωπῇ] χεῖλος ἁπαλὸν καὶ Πειθῆς μέμψιν, ἀλλὰ τὸ ὅπαν, ὃ πείθειν δύναται, ἐχέτω ὁ κηρὸς κ. λ. Eadem Ἔννοια v. 424. Τάχα, Κηρὲ, καὶ λαλήσεις. *Ibid.* λαλῶν σιωπῇ) Elegans Ὀξύμωρον. Ità quidam Veterum vocavit *Picturam*, Poeſin tacentem, *Poeſin*, Picturam loquentem. Quùm autem *Pictura* Vitam ipſam exprimat, rectè dicitur *Spirare*, cum *Virgilio*, ſilentèr-loqui, cum *Anacreonte*, *Movere*, cum *Dædali* Statuis, de quâ re *Scholiaſt.* Euripid. ad *Hecub.* v. 838. *Virgilii* locus Æn.

Ἐχέτω λαλᾶν σιωπῇ. 450
Μετὰ δ᾽ ᾠδῆς πρόσωπον ἔστω,
Τὸν Ἀδώνιδος παρελθὼν,
Ἐλεφάντινος τράχηλος.
Μεταμάζιον δ᾽ ποιῇ,

Διδύ-

l. 6. v. 848. *Excudent alii Spirantia mollius æra; Credo equidem, & vivos ducent de Marmore Vultus.* Et ſic *Vultûs* Deſcriptio, quæ incipit v. 433. tandem finitur in v. 450.

451. Μετὰ δ᾽ πρόσωπον ἔστω] Cùm olim μέγα, *Vaticân.* MS. ᾧ, rectiùs legit, ut ſit hic Ordo, ᾧ δ᾽ πρόσωπον, ἔστω τράχηλος. Et hæc Lectio præ cæteris placet; quis enim in Formoſo Puero quærat μέγα πρόσωπον *Grandem Vultum?* Et ſanè totum πρόσωπον per partes erat ante Deſcriptum, ut poſt *Comas* v. 427. &c. *Frons* & *Supercilium* v. 433. &c. *Oculus* v. 436. *Mala* v. 442. *Labium* v. 446.

452. Τὸν Ἀδώνιδος παρελθὼν] Olim τὸ δ᾽ Ἀδώνιδος παρῆλθον. Mirum videtur & ſanè magni acuminis, quod in *Heinſiano* Codice reperio, "Neſcio "quid utrique Homini *Stephano* & *Veneto* in mentem "venerit, ut putarent τὸ παρῆλθέν σε hoc loco, cùm "legendum ſit παρελθών. Et παρελθεῖν eſt, ut apud "*Demoſthenem*, τὸ νικῆσαι. Cùm verò ille ad *Vultum* referendum putet, ego ad τράχηλον, omninò ſtatuo referri debere, legendum τὸν Ἀδώνιδος παρελθὼν, τυτέστι τράχηλος. Quod concedent omnes, qui Lectionem ᾧ agnoſcunt & Ordinem ſuprà dictum; quodque *Ebur* de *Collo* magis propriè dicatur, quàm de *Vultu*; ut mox latiùs. Hic autem Verſus παρενθέσεως notâ includitur.

453. Ἐλεφάντινος τράχηλος] Quòd *Adonidis* cutis, & præcipuè *Collum*, eſſet *Candore* præſtans, teſtantur

Se habeat, *tanquam* loquens ſilenter. 450
Et poſt Vultum eſto,
Quod etiam illud Adonidis ſuperet,
Eburneum Collum.
Thoracem deindè facito,

Gemi-

ſſantur omnes Poetæ. *Bion* ejuſdem Epitaphio v. 7. Κεῖται καλὸς Ἄδωνις ἐν ὤρεσι, μηρὸν ὀδόντι λευκῷ λευκὸν ὀδόντι τυπείς. Et v. 9. ——— τὸ δέ οἱ μέλαν εἵσεται αἷμα χιονέας καὶ σαρκός. Et v. 26. ——οἱ δ' ὑπὸ μαζοὶ χόρευσι τυπέργιθεν Ἀδώνιδι πορφύρεοι. Ità *Latinis* quoque Poetis *Niveus* dicitur, & illius ——*eburnea Colla*. Cùm itaque *Candor* perfectus potiùs de *Collo*, quàm de *Vultu*, dicatur, rectè faciunt, qui illum ad *Adonidis* Collum referunt, ut modò dixi; quod à *Bathylli* Candore jam ſuperatum dicit. De *Adonide*, Vid. *Apollodori*. Bibliothec. l. 3. c. 14. §. 3. *Ovid*. Metamorph. l. x. Fab. 10. & 12. *Bion*. ut ſuprà, *Theocrit*. Idyll. 15. & 30. & *Nonni Dionyſ*. Confer cum hoc loco v. 417. Περὶ Λυγδίνῳ τραχήλῳ. Hic itaque Verus Ordo & Senſus loci, Μεθ' ὃ τὸ στόσωπον, ὃ καὶ μέρος κατέγραφον, δηλονότι Μέτωπον, Ὀφρῦν, Ὄμμα, Παρειήν, Χεῖλος, ἔσω Τράχηλος ἐλεφάντινος, παρελθὼν, ἢ ὑπερικῶν τ' Ἀδώνιδος, δηλονότι τράχηλον.

454. Μεθαμάζιον ὃ ποίει] *Homer*. Iliad ε. v. 19. Ἀλλ' ἔβαλε σῆθος μεθαμάζιον. *Scholiaſt*. μεταξὺ τ μαζῶν. Sic μεταίχμιον, τὸ μεταξὺ τ αἰχμῶν. *Anacreon* autem videtur hìc ὅλον τὸ σῆθος μετ τ μαζῶν indicare, vel, ut alii, Cavitatem illam præcipuè notare, quæ eſt in medio bene-curatorum & σφριγώντων Juvenum *Pectore*, eminentibus hinc indè *Mammis*, de quibus v. 1108. ——συρίγγων Κοιλότερα σήθια χελιδάμβος. Cur autem pulchrum Pectus *Mercurio* tribuatur, vide infrá.

Διδύμας τε χεῖρας Ἑρμέω,
Πολυδεύκεός τε μηρούς,
Διονυσίῳ τε νηδύν.
Ἀπαλῶν δ' ὕπερθε μηρῶν,
Μηρῶν τὸ πῦρ ἐχόντων,
Ἀφελῆ ποίησον αἰδῶ,

Πα-

455. Διδύμας τε χεῖρας Ἑρμέω] Δίδυμος ὁ καὶ ἡ, Verùm *Atticè* ἡ δίδυμη, undè *Sophocl.* διδύμαιν χερῶν, de quâ re plura ad v. 527 *Galenus* in Protreptico teſtatur, Antiquos Pictores & Plaſtas *Mercurium* finxiſſe, ut Juvenem Formoſum ſine fuco, aut aliquo comptu, Vultu hilari, atque acribus Oculis, Νεανίσκος ἐστὶν ὡραῖος (Ἑρμῆς) οὐκ ἐπίκτητος, ἀλλ' κομψοπρεπὲς ἔχων κάλλος, ἀλλ' εὐθὺς, ὥστε συνεμφαίνειν τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν, δι' αὐτοῦ. ἔστι δὲ φαιδρὸς μὲν τὰς ὄψεις, δέδερκε δὲ ὁριμὺ, καὶ ἡ βάσις, τῶν πάντων χημάτων εὐφυεστάτην τε καὶ εὐμεταπλαστοτάτην ἔχει, τὸ Κύβον. Prætereà *Mercurii* Manus ad *Proverbium* uſque celebrantur, ob Gracilitatem & Flexibilitatem, ut qui Artem profeſſus fuerit, cui Nomen *Lieger du Main*. Hinc Voces Ἑρμοδάκτυλοι, & Ἑρμέρωπις, & Ἑρμαφρόδιτος. Quin ex hâc Odâ nihil manifeſtius, quàm apud Antiquos fuiſſe tales Deorum Imagines, *viz. Adonidis*, cum Collo præcipuè candido, *Mercurii* cum Pectore eleganti & Manibus pulchris; idem dicendum de *Pollucis* Femore & *Bacchi* Ventre. Ἑρμέω lego pro Ἑρμοῦ, ut & Βοώπω, pro βοώτου.

456. Πολυδεύκεός τε μηρούς] *Caſtorem* & *Pollucem* inter formoſiſſimos Veterum Adoleſcentulos memorari notamus ad v. 126. Prætereà cum ſit——πυξὶ ἀγαθὸς Πολυδεύκης, congruum eſt, ut toroſum illi *Femur* tribuatur, quale Athletici homines habent, juxtà illud *Homeri* Odyſſ. σ'. v. 73. Οἷόν τε ῥακέων ὀλίγων

Geminásque Manus Mercurii; 455
Polluciſque Femora,
Bacchicúmque Ventrem.
Tenera inde ſuper Femora,
Femora illa Incentivum-quid habentia,
Innocens facito Pudendum, 460
Venerem

ὁ γέρων ἐπιγυιὶδα φαίνῃς; Vid. *Theocrit.* Idyll. 32. Διόπαιρε.

457. Διονυσίην τε νηδύν.] *Bacchum* etiam numeratum inter formoſiſſimos Veterum, ſive Heroum, ſive Deorum, notamus ſuprà ad v. 126. Et rectè *Tanaquil Faber* obſervat. "Vel hinc cuivis facile adintelligendum fuerit, quàm remoti à Cognitione melioris Antiquitatis Pictores illi ſint, qui *Bacchum* γάστρωνα, Ventrioſum & Doliarem fingunt. Certè iſtiuſmodi homines nimis ſuo Genio indulgent, qui *ex Ventre mediocritèr tumenti & caſtigatæ magnitudinis, Aqualiculum* faciunt *Hydropicum*, immanem, enormem & inficetum.

459. Μηρῶν τὸ πῦρ ἐχόντων] "Elegans Ἐπαναλῆψις, inquit *Henr. Stephan.* ſed *Anapæſtum* poſtulat hoc Carmen in hâc primâ ſede; quam *Legem in totâ hâc Odâ*, ſicut & Multis aliis ſervavit: Quare ſunt, qui hìc legant μηλεδὸν. Hæc ille, minimè inſcius, *Spondæum Anapæſto* ἰσόχρονον, verùm incautus, quùm dixerit, hanc *Legem per totam hanc Oden* ſervari; quùm *Penultimus* hujus *Odæ* Verſus, nempè v. 469. *Spondæum* etiam habeat in primâ ſede, ut multi alii, quod probo ad v. 107. & v. 684. Quare *Stephani* μηλεδὸν, licet Vox *Homerica*, procul hinc faceſſat.

460. Ἀφελῆ ποίησον αἰδῶ] Rectè hìc *Baxter*, τὸ ἀφελὲς non ſolum *Simplex* eſt, verùm etiam *Nudus* & *Apertus*. Sic infrà v. 582. Ἀφελῶς ἔλαμψε Τιθών.) Et tamen hoc in loco, *Nudus* non eſt, at *Simplex* &

Innocens

Παφίην θέλουσαν ἤδη.
Φθονερὸν ἔχεις ὦ τέχνιον,
Ὅτι μὴ τὰ νῶτα δείξῃ
Δύνασαι· τὰ δ' ἦν ἀμείνω.
Τί με δεῖ πόδας διδάσκειν;
Λάβε μυθὸν, ὅσον εἴπῃς.
Τὸν Ἀπόλλωνα ὦ τᾶτον
Καθελὼν, ποίῃ Βάθυλλον·
Ἦν δ' ἐς Σάμον ποθ' ἕλθῃς,
Γράφε Φοῖβον ἐκ Βαθύλλου.

Εἰς Ἔρωτα, λ'.

Αἱ Μοῦσαι τὸν Ἔρωτα,
Δήσα-

Innocens & minimè flagitiosus; qualis esse solet Puerorum nondum plenè Puberum. Ποίησον priorem corripit, ut suprà v. 447. Et τῷ Αἰδῶ, κατ' εὐφημισμὸν, pro τὰ αἰδοῖα, ut *Homerus* Iliad. β'. v. 262. Χλαῖναί τ', ἠδὲ χιτῶνα, τά τ' αἰδῶ ἀμφικαλύπτῃ.

461. Παφίην θέλουσαν ἤδη] Castissimis verbis rem incestam notat. Nihil autem aliud vult, quàm primos Pubertatis annos describere.

467. Τὸν Ἀπόλλωνα ὦ τᾶτον] Versus *Ionicus* ἀπ' ἐλάσσονος, quales frequentèr *Iambis* suis intermiscet *Anacreon*, ut notamus ad v. 90. Si similem reliquis facere esset necessum, legerem, Τὸν Ἑκηβόλον ὦ τᾶτον, quomodò *Stephan.* v. 393. τύραννε substituit pro τύραννε, sed *Fidelitas* nobis potior. *Audaciâ.*

468. Ποίῃ] Sæpè monuimus hanc Vocem priorem habere Communem, ut suprà v. 447. & v. 460.

469. Ἦν δ' ἐς Σάμον ποτ' ἔλθῃς.] Hìc iterum videmus, *Spondæum* in primâ sede pro *Anapæsto* positum

Venerem appetens primulúm.
Invidam autem nactus-es Artem;
Quòd non etiam terga oſtendere
Valeas: Hæc eſſent utique meliora.
Quid me opus-eſt Pedes deſcribere?
Accipe mercedem, quantum flagites.
Apollinem autem huncce
Detrahens, *illius vice* fac Bathyllum;
Sin ad Samum unquam veneris,
Pinge Phœbum ex Bathyllo.

30. In Cupidinem.

Muſæ Cupidinem *aliquandò*, Quùm tum, ut ſuprà contrà *Henr. Stephani* Aſſertionem probamus, ad v. 459. Et hoc Regularitèr fit, cùm Pes uterque ſit ejuſdem Temporis. Videtur ex hoc loco, *Bathyllum* jam *Samo* morari, *Anacreontem* alio in loco, ubi tamen *Apollo* ſit cultus, hanc illius Picturam ære perenniorem facere. Quòd ſi Pictor aliquandò ad *Samum* pervenerit, tum ex *Bathyllo Phœbi* etiam Imaginem deſignatam fore. Vetus quidem *Apollinis Pythii* Templum fuiſſe apud *Samios* teſtatur *Pauſanias* fol. 74. lin. 16. Et *Bathyllo* quoque Imaginem à *Polycrate* Dedicatam deſcribit *Apuleius* in Floridis p. 500.

Ode XXX.

Omnes omninò hujus *Odæ* Verſus ſunt Δακτυλικοὶ, τρίμετροι, ἀκατάληκτοι, qualis ille, Ἀτρεῖδαί τε καὶ ἄλλοι, quod Genus & *Pherecratium* dicitur, & paſſim aliis interſpergi ſolet; ut oſtendimus ad v. 77. 295. 297. 315. 351. 384. 592. &c. *Hephæſtion* ait, *Anacreontem* integras quoque *Odas* Compoſuiſſe ex *Dactylico*, tetrametro, Genere, cujuſmodi eſt hic, Ἡδὺ-

Δήσασαι τεφάνοισι,
Τῷ Κάλλει παρέδωκαν·
Καὶ νῦν ἡ Κυθέρεια
Ζητεῖ λύτρα φέρουσα
Λύσασθαι τὸν Ἔρωτα.
Κἂν λύσῃ δέ τις αὐτὸν,
Οὐκ ἔξεισι, μενεῖ δὲ·
Δυλεύειν δεδίδαχε,

Εἰς ἑαυτὸν, λά.

Ἄφες με, τοὺς θεούς σοι,
Πιεῖν, πιεῖν ἀμυστί·
Θέλω, θέλω μανῆναι.
Ἐμαίνεθ' Ἁλκμαίων τε,

Χω

Ἡδυμελὲς, καλλιστα χελιδοῖ. Belliſſimum autem ὠδάλιον, *Et cui non toto Corpore Nævus adeſt*, quare Notis haud Opus: obſervandum tamen, hoc Genus, licet in hâc *Odâ Spondæum* ſemper habeat initio, aliàs indifferentèr Admittere *Iambum*, vel *Spondæum* in *Principio*, & *Spondæum* vel *Dactylum* in Fine. Vid. ad *Od.* LX. LXVII. LXVIII. *Moſchi* Amor Fugitivus huc referendus & conferendus.

ODE XXXI.

480. Ἄφες μοι, τοὺς θεούς σοι.] Quicquid *Faber* dicat, Commodus erit ſenſus, ſi *Stephani* Lectionem admittamus, Ἄφες με τὸν θεόν σοι, *Emphaticè* nempè Βάκχον. Nec incommodus, ſi τοὺς θεοὺς retineas, ſubaudito nempè ἐπόμνυμι, vel ut *Danieli Heinſio* placet, νή. qui vertit, *Sine me, Deos per omnes, Bibere hauſtibus profundis.* Σοὶ verò παρέλκει, vel etiam ſuomore

Quùm vincirent corollis,
Pulchritudini tradiderunt:
Et nunc Venus
Quærit, Redemptionis-pretium ferens,
Liberare Cupidinem.
Verùm etiamsi aliquis liberet eum,
Non egreditur, sed manebit:
Servire nempè didicit.

31. In seipsum.

Sine me, Deos *interpono* tibi,
Bibere, bibere plenis-poculis:
Volo *enim*, volo insanire.
Insaniebat Alcmæónque,

Et

more adest, πιεῖν σοι, ἀντὶ τοῦ, συμπίνειν σοί. Et tum post ϑεὺς, Comma στικτέον. *Scaliger* legit, Ἄφες με, πρὸς ϑεῶν, σοι. *Æmyl. Portus.* Ἄφες, μὰ τὸν ϑεὸς με.

481. Πιεῖν, πιεῖν ἀμυσί.] Repetitio notat Emphasin. De *Amystide* diximus ad v. 320.

482. Θέλω, ϑέλω μανῆναι] Hinc *Horat.* l. 2. Od. VII. *Non ego sanius Bacchabor Edonis: recepto Dulce mihi Furere est Amico.* Et l. 3. Od. XIX. Hoc Versiculo Poeta delectari videtur, ut v. 488. 498.

483. Ἐμαίνε' Ἀλκμαίωνι] Media τοῦ Ἀλκμαίων corripitur, ut in illo *Timoclis*, Ὁ νοσῶν ὃ μανικῶς Ἀλκμαίων' ἐσκέψαϑ', item illo, Νίρων, Ὀρέστης, Ἀλκμαίων μητραγρότης. Vid. ad v. 147. *Alcmæon* autem filius erat *Amphiarai* Vatis, qui ex jussu Patris Matrem *Eriphylen* occîdit, quòd Lucri causâ Patrem ejusdem, Maritum suum, in certam necem prodidisset: de quâ re vide quæ Nos in Argumento *Euripidis, Alcmaonis.*

484. Χὦ

Χὼ λυκόπις Ὀρέσης,
Τὰς μηλέδας κτανόντες·
Ἐγὼ δὲ μηδέν᾽ ἀκτὰς,
Πιὼν δ᾽ ἐρυθρὸν οἶνον,
Θέλω, θέλω μανῆναι.
Ἐμαίνετ᾽ Ἡρακλῆς πρὶν,
Δεινὴν κλονῶν φαρέτρην,
Καὶ τόξον Ἰφίτειον·
Ἐμαίνετο πρὶν Αἴας,
Μετ᾽ ἀσπίδος κεραΐνων
Τὼ Ἕκτορ μάχαιραν·

Ἐγὼ

484. Χὼ λυκόπις Ὀρέσης] *Oreſtæ* Hiſtoriam habes ad *Euripidis* noſtri *Oreſten*. Lego autem χὼ pro κὴ ὁ, ut *Theocrit.* Idyll. 1. v. 138. Χὼ μὲ τόσ᾽ εἰπὼν ἀπεκάυσατο. Et in *Primâ* ſede *Spondæus* æquè admittitur, atque *Iambus*, quod *Septies* fit in *Primâ* omnium *Odâ*. Omnes mirantur, quare *Oreſtes* hoc in loco *Emphaticè* vocetur ὁ λυκόπις. Reſpondeo; quod Inſanus eſſet & Diſcalceatus vagaretur, quomodò *Bacchæ* ab *Euripide* audiunt, eandem ab cauſam, *Cyclop.* v. 72. Βάχας οὐν λυκόποσιν. Nè dicam, quòd, in *Tragicorum* Poetarum ſcenis, *Albis Cothurnis* incederet. Et ex hoc loco, & ex *Phalaridis* Epiſtolis, apparet, Scenam & *Tragœdiam* apud *Græcos* notam diù ante *Æſchylum*, *Sophoclem*, & *Euripidem*, Candidoſque Calceos, ut perhibent, non à *Sophocle* inventos, *quùm Anacreontis* ætate ſint noti; quamquam *Anacreon Sophoclis* quoque ætatem attigerit, ut probamus ad v. 1365. Certè *Theſpis Anacreontis* primis temporibus floruit, nam & is *Cræſo* & *Solonì* contemporaneus: *Plato* autem in *Menocle* Dialogo, *Tragœdiæ* Originem contendit, non à *Theſpide*, ſed

Et candidis-cothurnis Oreſtes,
Quùm matres ſuas occidiſſent;
Ego verò, nemine occiſo,
Epoto tantùm rubro Vino,
Volo, volo, *inquam*, inſanire.
Inſaniebat Hercules olim,
Gravem concutiens pharetram,
Atque Arcum Iphitéum:
Inſaniebat olim Ajax,
Unà cum Clypeo vibrans
Illum Hectoris Enſem.

Aſt

ſed multò altiùs repetendam, adeóque, ut videtur, longè ſuprà *Anacreontis* Ætatem, Ἡ δὲ Τραγῳδία ἐπὶ παλαιὸν ἀνῆκε, ἐχ, ὡς οἴονται, ἀπὸ Θέσπιδος ἀρξαμένη, οὐδ' ἀπὸ Φρυνίχου, ἀλλ', εἰ θέλεις ἀκοῦσαι, πάνυ παλαιὸν αὐτὸ εὑρήσεις. *Platonis* Authoritas in hâc parte *Phalaridis* Epiſtolas ſatellitio munit.

489. Ἐμαίνετ' Ἡρακλῆς περὶν] Vid. *Euripidis* Ἡρακλῆς μαινόμενος, & *Senecæ* Hercules Furens.

491. Καὶ τόξον Ἴφιτιον] *Iphitus*, *Euryti* filius, Arcu erat Celebris, ſicut illius Pater; quem *Hercules* occîdit, Arcúmque illius abſtulit, quo tamen poſteà abuſus eſt, in Furore, contrà Uxorem & Liberos ſuos. De *Iphito* ab *Hercule* occiſo, *Homer.* Odyſſ. φ'. v. 27. *Euſtath.* in locum & *Apollodor.* Bibliothec. l. 2. c. 5.

492. Ἐμαίνετο περὶν Αἴας] De *Ajacis* Furore, *Sophocl.* Ajax Flagelliſer.

493. Μεσ' ἀσπίδος κεφαλαίων] De *Ajacis* Clypeo, *Homer.* Iliad. η'. v. 219. *Ovidio*, Metamorph. l. 13: Fab. 1. v. 2. *Clypei Dominus ſeptemplicis* vocatur.

494. Τὴν Ἕκτορος μάχαιραν] Quomodò *Hector Ajaci* ſuum Enſem dederit, *Homer.* Iliad. η' v. 299.

Ἐγὼ δ' ἔχων κύπελλον,
Καὶ τέμμα τοῦτο χαίταις,
Οὐ τόξον, ὦ μάχαιραν,
Θέλω, θέλω μανῆναι.

Εἰς τὸν ἑαυτοῦ ἔρωτας, λϛ'.

Εἰ φύλλα πάντα δένδρων
Ἐπίσασι καταιπεῖν,
Εἰ κυματῶδες εὑρεῖν
Τὸ τῆς ὅλης θαλάσσης,
Σὲ τῶν ἐμῶν ἐρώτων
Μόνον ποιῶ λογιστήν.
Πρῶτον μὲν ἐξ Ἀθηνῶν
Ἔρωτας εἴκοσιν ἦσαν,
Καὶ πεντεκαίδεκ' ἄλλους·

Ἔπειτα

Sophocl. Ajac. & Anthолog. l. 3. c. 14. fol. 238. Ἕκτωρ Αἴαντι ξίφος ὤπασεν· Ἕκτορι δ' Αἴας Ζωστῆρ' ἀμφοτέρων ἡ χάρις εἰς θάνατον.

Ode XXXII.

Genus Carminis idem cum Præcedenti. *Fabri* quidem judicium hic desidero, qui "*Anacreonte* in-"dignam hanc *Oden* pronunciat & Hominis esse ali-"cujus recentioris & sanè ineptissimi. Cerebrosum in hâc parte *Fabrum* pronuncio.

501. Εἰ κυματῶδες εὑρεῖν] Ità *Vatican.* MS. pro ἠμαθώδες, optimé. Nam sic tollitur Hiatus, & μετρεῖν κύματα θαλάσσης ἀμήχανον habetur. Ità *Theocrit.* Idyll. 16. v. 60. Ἀλλ' ἴσος ἦς μόχθος ἐπ' ἀόνι κύματα μετρεῖν. Et *Lucianus*, ἀριθμεῖν τὰ κύματα, *Pro-*

Aſt Ego tenens Poculum,
Et Coronam hanc capillis,
Non Arcum, non Enſem,
Volo, volo inſanire.

32. De ſuis amoribus.

Si Folia omnia Arborum
Noviſti recenſere;
Si Fluctuum numerum reperire
Totius Maris,
Tum Te meorum amorum
Unicum facio Calculatorem,
Primùm quidem ex Athenis
Amores Viginti pone,
Et Quindecim *prætereà* alios:

Deindè

Proverbii loco. *Ovidius*, quem nihil paulò elegantius effugit, hâc ἐννοίᾳ uſus eſt, *Art. Amandi* l. 1. v. 57. *Gargara*, quot ſegetes, quot habet *Methymna* Racemos, *Æquore* quot Piſces, *Fronde* teguntur Aves, Quot *Cælum* Stellas, tot habet tua *Roma* Puellas &c. Nihil frequentius Poetis, quam de immenſo Numero, Comparationem inſtituere, cum Foliorum, Arborum, Fluctuum, aut Arenarum Numero. Quare aliàs legiſſem τηλιαθῶδες pro τὸ ἠμαθῶδες, ob Hiatum vitandum; verùm MS. illud omnem jam tollit dubitantiam. Et κυματῶδες ſuum ἐναργητικὸν τὸ in proximo Verſu habet.

504. *Μόνον ποιῶ λογισὴν*] *Vatican.* MS. ποῶ legit, non malé. Poteſt tamen πιῶ ſtare ob *Communem* ſyllabam, ut v. 468. &c.

Ἔπειτα δ' ἐκ Κορίνθου
Θὲς ὁρμαθὸς ἑρώτων.
Ἀχαιΐης γάρ ἐστιν,
Ὅπου καλαὶ γυναῖκες.
Τίθει ὃ Λεσβίους μοι,
Καὶ μέχει τῶν Ἰάνων,
Καὶ Καείης, Ῥόδου τε,
Διχιλίους ἑρωτας.

Τί

508. Ἔπειτα δ' ἐκ Κορίνθου] *Corinthus* non levitèr celebrata ob omne genus Deliciarum, de quâ re *Strabo* adeundus. Et Æs *Corinthium* in Proverbium abiit. *Corinthum* Cicero *Græciæ* lumen vocat. *Homerus* ἀφνειόν. *Maximus Tyrius* §. 33. Multorum Voluptuosorum Hominum, Gentium & Urbium Delicias enumerans, hæc habet, Ἡ Σαρδαναπάλου τρυφὴ, ἢ ἡ Μηδικὴ χλιδὴ, ἢ ἡ Ἰωνικὴ ἀβρότης, καὶ τραπέζαι Σικελικαὶ, καὶ ὀρχήσεις Συβαριτικαὶ, καὶ ἑταῖραι Κορίνθιαι. Et *Lais* junior erat *Corinthia*, ex quâ ob pretii magnitudinem, ortum tulit hic Senarius, Οὐ παντὸς ἀνδρὸς εἰς Κόρινθόν ἐσθ' ὁ πλοῦς, *Non cuivis Homini contingit adire Corinthum.* Vid. Scholiast. *Aristophan.* in illud *Plut.* Καὶ τὰς γ' ἑταίρας φασὶ τὰς Κορινθίας.

509. Θὲς ὁρμαθὸς Ἐρώτων] De voce Ὁρμαθὸς adeantur Interpretes *Homeri*, ad illud *Odyss.* ω'. v. 8. ὁρμαθῷ ὡς πέτρης.

510. Ἀχαιΐης γάρ ἐστι] Vis Argumenti *Homeri* authoritate nititur, qui vocat, *Iliad.* γ'. v. 75. Ἀχαιΐδες καλλιγύναικα.

512. Τίθει ὃ Λεσβίους μοι] *Lesbos* ob formosas Mulieres nota, ut aliàs *Anacreon* v. 1209. Et *Sappho* indè oriunda.

514. Καὶ Καείης Ῥόδου τε,] *Vatican.* MS. Καὶ Καείλιν

Deindè ex Corintho
Pone integras Catenas amorum;
Achaiiæ etenim eſt *Metropolis*,
Ubi formoſæ Mulieres.
Pone item Lesbios mihi,
Et uſque ad Iönas,
Et Cariam, Rhodúmque,
Bis-mille amores.

Quid

εἶλω Ῥόδον π. Prior Καείης rectè producitur; nam *Homer.* Iliad. β'. v. 867. Νάσης αὖ Καρῶν ἡγήσατο βαρβαροφώνων. *Lycophron* etiam Delicias ejus notat, in *Menedemo*, Δεῖπνον γὰρ ἔστ' ἐν Καρίᾳ, μικὰ τὰς ἡδὰς, Οὔτ' ἐν Ῥόδῳ τοιᾶδον, ἔστ' ἐν Λυδίᾳ. Quantitatem etiam producit ille Senarius, Πολλοὶ στρατηγοὶ Καρίαν ἀπώλεσαν, Undè quis ſuſpicetur, Lectionem illam, *Iliad.* ί. v. 378.——τίω δέ μιν ἐν Καρὸς αἴσῃ, vix eſſe Genuinam; verùm legendum——τίω ᾧ μιν ἔγχαρ© αἴσῃ, hoc eſt, quod *Anglicè* dicimus, *I VALUE HIM NOT A LOUSE.* Ità certè *Plutarchus* in Sympos. Ità Anteceſſorum meorum in *Græcâ* Cathedrâ non minimus, *Andreas Dounæus* in MSS. ſuis Prælectionibus ad *Lycophronem* v. 1383. fol. 69. apud *Georg. Sawbridge.* φθειρῶν) *Phthirorum*, i. e. *Carum*, qui *Cares* erant Populus in *Aſiâ*: Et Cares feſtivè à *Lycophrone* vocantur Φθεῖρες; quià erant Homines maximè contemptibiles: φθεὶρ enim propriè eſt *Pediculus*, idem eſt ἔγχαρ, ità dictus, quià eſt ἐν τῷ κάρᾳ, i. e. in Capite, atque hinc *Homerus*, τίω δέ μιν ἔγχαρ© αἴσῃ. Vid. *Duport.* Gnomolog. *Homeric.* p. 52. *Theocritus* tamen priorem ſyllabam etiam in Καρῶν corripit, *Idyll.* xvii. v. 89. Σημαίνῃ Λυκίοις τε φιλοπολέμοις τε Κάρεσσι. *Ibid.* Ῥόδῳ τε) *Rhodum* inſulam pulchris Fœminis excelluiſſe, vel illud

Τί φής; Ἀεί κ' ἔρωτες;
Οὔπω Σύρυς ἔλεξα,
Οὔπω πόθυς Καναύβυ,
Οὐ τῆς ἅπαν' ἐχύσης
Κρήτης, ὅπυ πόλισιν 520
Ἔγως

Meleagri probat,——τὰν γλυκύπαιδα Ῥόδον, quod pleniùs laudo ad v. 307.

516. Τί φής, Ἀεί κ' ἔρωτες] Cùm olim ἀεὶ χρεωφειὶς legeretur, *Faber* cum filiâ legunt——τόσυς ἔρωτας, non benè ſervatis priorum literarum Veſtigiis. *Baxter*, ἀεὶ χρεοφ φής. Neſcius, Antepenultimam omninò corripi debere. Magnus *Scaliger*, Τί φής; Ἀεί γ' ἔρωτες; Et Nos, diù antè viſum *Scaligerum*, in Codice noſtro emendaveramus, Τί φής; ἀεί κ' ἔρωτες; propiùs certè ad Literarum veſtigia accedentes; ut ſit ſenſus, *Quid ais? Semperné Amores?* Hoc eſt, *Amica? Nunquamne finem hiſce recenſendis impones?* Cui *Anacreon*, *Finem, bone Vir, imponam? Nondum tibi dixi* &c. *Henric. Stephan.* tam felix aliàs in Conjecturis, nihil hic vidit, præter quod Καρωφειὶς, per Quantitatem ſtare potuit, & *Heſych.* Καρωφειὶς) τλὼ κεφαλὴν εὐαθεὶς, μεθυσθείς, ἢ βιαθείς. Vid. ad v. 573.

517. Οὔπω Σύρυς ἔλεξα] Φιλέορβι οἱ Σύρυι, inquit *Herodianus*. Addo ego, ὁ φιλέρωτις· ϗ τλὼ Ἀφροδίτλω σέβοιται, ἣν Ἀπεμάπν ϗ Διεκέπν καλέσιν. *Heſychius* notat, Συρίαν λέγιλς γῆν τλὼ ἀπὸ Φοινίκης μέχρι Βαβυλωνίας. Vid. *Gerard. Croeſii* Ὁμηρ. Ἑβραΐ. 1 Tom. p. 452.

518. Οὔπω πόθυς Καναύβυ] Πόθυς hìc pro ἔρωτας, ut v. 533. De *Canopici* Populi mollitudine & laſciviâ *Strabo* l. 17. fol. 801. Ἀνὰ πάντων δ' ἐστὶν ὁ τῶν παντηρεσιῶν ὄχλος, ὃν ἐκ τ' Ἀλεξανδρείας καλοῦντων τῇ διώρυχι. πᾶσι γὰρ ἡμέρᾳ ϗ πᾶσι νυξὶ πανηγύρ ἐν τῷ

πίῃ

Quid ais? Semperne amores?
Nondum Syros dixi,
Nondum amores Canopi,
Non, omnia in ſe habentis,
Cretæ, ubi per *Centum* urbes 520
Amor

πῶς πολιαεῖοις καθαυλιζομένων καὶ καθεχομένων ἀναίδην, μὴ τὸ ἐχάτης ἀκολασίας καὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν. Idem notat *Juvenal.* Satyr. VI. v. 84. Et Satyr. I. v. 26. Ità *Statius*, Sylvar. l. 3. §. 2. *Curve Therapnæi laſciviat ora Canopi?*

519. Οὐ τὸ ἅπαν' ἐχέσης Κρήτης] *Fabri* filia non hæc intelligit, *Cretaque, quæ omnia complectitur.* Et Amicus *Vaſſæus* in Margine ſui Codicis, *Quid ſibi vult Poeta*, rogat. Reſpondeo, Ubertatem Regionis notat, omniumque rerum Copiam inibi abundare demonſtrat; undè *Homero* audit Odyſſ. τ'. v. 172. Καλὴ καὶ πίειρα, περίρρυτος. ἐν δ' ἄνθρωποι Πολλοί, ἀπειρέσιοι, καὶ ἐννήκοντα πόληες. Quanquam aliàs eandem *Creten* ἑκατόμπολιν vocet idem, *Iliad.* β'. v. 649. Quos duos locos compilatus *Virgilius* ait, Æn. l. 3. v. 106. *Centum Urbes habitant magnas, uberrima Regna.* Et ex tot tantarúmque Urbium numero major etiam *Amicarum* copia ſperanda. *Creta* etiam *Jovis* incunabula jactat, & Maris imperium ſub *Minoe* geſſit, & ob convenientiam ſitûs & Portuum numerum, ab *Ariſtotele* cenſetur, Maris Imperio aptiſſima, Polit. l. 2. c. 8. Amorum deinque omne genus coluit. Ità enim *Servius* ad illud *Virgil.* Æn. l. 10. v. 325. *Dum ſequeris Clytium, infelix, nova gaudia, Cydon.* "De *Cretenſibus*, inquit, accipimus, "quòd in amores Puerorum intemperantes fuerunt, "quod poſteà in *Laconas* & in totam *Græciam* tran- "ſlatum eſt; adeò ut *Cicero* dicat in Libris de Re- "publicâ, *Opprobrio fuiſſe Adoleſcentibus, ſi Amato- "res non haberent.* Athenæus, l. 13. fol. 601. Κρῆτες γᾶν, ὡς ἔφην, οἱ ἐν Εὐβοίᾳ Χαλκιδεῖς καὶ παιδικὰ

Ἔρως ἐπορχιάζῃ.

Τί σοι θέλεις ἀριθμεῖν
Τὰς ἐκτὸς αὖ Γαδείρων,
Τῶν Βακτρίων τε κ' Ἰνδῶν,
Ψυχῆς ἐμῆς ἔρωτας; 525

Εἰς Χελιδόνα, λγ'.

Σὺ μὴν, φίλη χελιδών,

Ἐτησίη

δικὰ δαιμονίως ἐπτόλωται. Ἐχεμύθης γὰρ ἐν τοῖς Κρητικοῖς, ὃ τὸν Δία φησὶν ἀρπάσαι τὸ Γανυμήδην, ἀλλὰ Μίνωα.

521. Ἔρως ἐπορχιάζῃ] *Amor* rectè hìc dicitur, Orgia ſua & Myſteria celebrare, ob Templa *Veneri* & *Cupidini* inibi dicata, ob plurimas denique Amatorias Fabulas, quæ ad *Cretam* referuntur, quales illa de *Jove* & *Europâ*, De *Paſiphae* & *Minotauro*, de *Theſeo* & *Ariadnâ*. De quâ re *Heraclides Ponticus* περὶ πολιτειῶν, §. Κρητῶν. Et huc facit locus ſuprà laudatus ex *Athenæo*.

523. Τὰς ἐκτὸς αὖ Γαδείρων] *Gaditanæ* Puellæ Agilitatis Laſciviæque nomine olim in pretio fuêre. *Martial.* l. 6. Epigr. 71. *Et Gaditanis ludere docta modis.* Et *Juvenal.* Satyr. XI. v. 162. *ut Gaditana canoro Incipiat prurire Choro. Vatican.* MS. & *Scaliger* legunt hunc Verſum & Præcedentem, Τί σοι θέλεις ἀριθμᾶ, ſatis benè, Καὶ τὰς Γαδείρων ἐκτὸς, omninò malè. Huc, ſi liceret, adjicerem, Στηλέων δ' Ἡρακλείων.

524. Τῶν Βακτρίων τε κ' Ἰνδῶν] *Bactri*, *Bactrii*, & *Bactriani*. *Bactrorum* atque *Indorum* Divitias ſimul memorat *Virgil.* Georgic. l. 2. v. 136. Sed neque *Medorum* Sylvæ, ditiſſima terra, Nec pulcher *Ganges*,

Amor ſua Myſteria celebrat.
Quid? An vis me tibi numerare
Eos, qui ſunt extra Gades,
Bactrióſque & Indos,
Animæ meæ amores? 525

33. Ad Hirundinem.

Tu quidem, Chara Hirundo,

Quo-

ges, atque auro turbidus *Hermus*. Laudibus *Italiæ* certent: Non *Bactra*, neque *Indi*. Totáque thuriferis *Panchaiiæ* pinguis arenis. *Dionyſ. περιηγ.* v. 734. ——ἀφνειῶν πώμα Βάκτρων. *Strabo* vocat eorum terram παμφόρον, l. 2. & *Plinius* l. 18. c. 7. Tradunt in *Bactris* Grana tantæ magnitudinis fieri, ut ſingula ſpicas noſtras æquent. Et *Q. Curtius*, *Solum pingue* vocat. Divitias autem ſequitur plerumque Luxuria & Laſcivia. *India* quoque amabiles Fœminas producit, teſte *Ovidio* l. 1. De Arte Amandi, *Andromeden Perſeus* nigris portavit ab *Indis*. Κ' Ἰνδῶν pro Ϛ' Ἰνδῶν.

Et hæc pauca ad hanc Excellentem Oden declarandam ſufficiant, imò ad *Fabri* judicium elevandum; qui neque Gratias, neque reconditam in illâ multifariam Doctrinam advertebat; verùm, ut diximus, penitùs rejecit.

Ode XXXIII.

Genus Carminis idem cum *Præcedenti*. Venuſtiſſimum Poemation, quodque *Anacreontis* videtur, inquit *Faber*; cujus ipſa hæc tam jejuna conceſſio Carminis authoritatem labefactaret, niſi ipſius *Fabri* authoritas eſſet planè precaria.

526. Σὺ μὲν φίλη χελιδὼν] Cùm v. 198. Poeta ſit viſus Hirundini non admodùm benè velle, quomodò nunc φίλῳ vocat? Dicendum, Tunc iratum fuiſſe,

Ἐτησίη μολοῦσα,
Θέρϕ πλέκεις καλιὴν,
Χειμῶνι δ' εἰς ἄφαντος,
Ἢ Νεῖλον, ἢ πὶ Μέμφιν·
Ἔρως δ' ἀεὶ πλέκϕ μοι
Ἐν καρδίῃ καλιάν.

Πόθος

isse, quòd istius Aviculæ importuno Strepitu ex Amatorio Insomnio suavissimo excitaretur: Nunc è contrà molliùs alloquitur, ut ejusdem cum suo Casûs socium; licet gradu longè inferiori. *Hirundo* enim semel in Anno nidificat & excludit Ova: *Anacreon* toto anno pullulantes Amorculos parit &c. Hunc Poetæ ingeniosissimi locum datâ operâ imitatur Nobilis Poeta *Italus*, Comes, *Guidobaldo Bonarelli*, in Dramate Pastorali, cui *Phyllis de Scyros* titulus, *Act.* 2, *Scen.* 2.

Nel Cor de l' Huom vedrai
Pullular gli Amoretti
A guisa di Columbi:
Ove mentre che l' uno
Ha l' Ale grandi, e vola,
Spunta a l' altro la piuma.
L' un tronfo & pettoruto
Vaton eggiando, e ruota
L' altro col petto in terra
Vien pigolando, e serpe:
Nasce l' uno da l' Ova,
Mentre l' altro si cova.

Hoc Drama suavissimum *Anglicè* docuit loqui Amicus mihi suâ humanitate nupèr factus, mox fato ademptus, Ds. *Edvard Sherburne*, inter cujus MSS. latet cum aliis Poematiis meliori fato dignis.

527. Ἐτησίη μολοῦσα] Ità *Homer.* Iresione v. 10. Νεῦμαι, σοὶ νεῦμαι, ἀναύσῳ, ὅτι χελιδών. Ἐτήσιος autem

Quotannis *hùc* profecta,
Æſtate conſtruis nidum;
Hyeméque abis evanida,
Vel *ad* Nilum, vel ad Memphin:
Aſt Amor ſemper ſtruit meo
In pectore nidum:

Et

autem quùm ſit ὁ ἡ, putârit aliquis, Corruptam hìc vocem, propter μολῦσα, in ἐπσίη, ut v. 198. ad λάλη χελιδὼν, obſervamus. An & hoc *Ionicum*; vel, ut alii, *Atticum?* Vid. ad v. 455. Ità certè ὀρι-ζήλη *Homer.* Iliad. σ'. v. 219. cùm tamen *Communitèr* ſit, ὁ ἡ ἀεί-ζηλος. Et *Schmidius* ad *Pindarum* rectè obſervat; quòd aliquandò *Feminino*rum Terminatio per ά fiat etiam in *Communibus* per ός, cujus rei, plures, mox dabimus inſtantias.

529. Χειμῶνι δ' εἰς ἄφαντος] Εἶς ab εἶμι, *Vado*: Ità *Ariſtot.* Hiſtor. Animal. l. 8. c. 12. Ἀπαίρουσι ᾗ, ἢ ὑ χειμάζουσι, ἢ αἱ χελιδόνες ἢ αἱ τρυγόνες. Nonnulli putant in Scopulis, aut in truncis arborum ſopitas latere, totâ Hyeme; ut *Kircherus* in Mundo ſubterraneo. Ità *Ovid: Cùm glaciantur Aquæ, ſcopulis ſe condit Hirundo.* Alii illas aliquandò ſub ipſis Aquis, in fundo, latere; ut *Pecklinius* in libro *de Aeris* & *Alimenti* defectu & Vitâ ſub Aquis. Vid. *Longepierre*; & *Sam. Bochart.* Ἱεροζωϊκὸν 2 vol. l. 1. c. x. fol. 65. hunc locum illuſtrantem.

530. Ἢ Νεῖλον, ἢ πὶ Μέμφιν] Suſpectus non debet eſſe cuiquam hic locus; nam ſic ante ad v. 154. Ὄρη τε ἢ κατ' ἀγρούς. Poetæ etiam *Latini* nonnunquam *Præpoſitionum* ordinem invertunt.

532. Ἐν καρδίῃ καλιὴν] Penultima ῆ καλιὴ ferè ſemper longa, ut ſuprà v. 528. & hìc, & *Heſiod.* l. 2. v. 121. Οὐκ αἰεὶ ἥδε ἔσται· ποιεῖσθε καλιάς. *Non Æſtas ſemper fuerit: Componite Nidos.*

533 Πό-

Πόθος δ' ὁ μὲν πλέκει,
Ὁ δ' ὦόν ἐστιν ἀκμαίου,
Ὁ δ' ἡμιλεπὴς ἤδη
Βοὴ δὲ γίνεται αἰεὶ
Κεχηνὸς ἐν νεοττοῖς.
Ἐρωτιδεῖς δὲ μικροὶ
Οἱ μείζονες τρέφουσιν·
Οἱ δὲ τραφέντες θοῦθυς
Πάλιν κύουσιν ἄλλους.
Τί μῆχος ἦν γένηται;
Οὐ γὼ θέλω τοσούτους
Ἔρωτας ἐκβοῆσαι.

Εἰς κόρην, λδ'.

Μή με φύγῃς, ὁρῶσα Τὴν

533. Πόθος δ' ὁ μὲν πλέκει] Πόθος hìc pro Ἔρως, ut ſuprà v. 518. Ità Nos *Eſther.* v. 359. Οἰστροφόρος δὲ Πόθος χρυσέην ὑπεβάλλετο ζώνην. Vid. Epigramma in hanc rem laudatum ad Not. v. 231.

535. Ὁ δ' ἡμιλεπὴς ἤδη] *Vatican.* MS. Ὁ δ' ἡμῖν λεπτὸς, miſerandâ *Amanuenſis* ignorantiâ.

542. Τί μῆχος ἦν γένηται] *Homer.* Iliad. β'. v. 342. ——εἰδέ τι μῆχος Εὑρέμεναι δυνάμεσθα. Aliud eſt, quanquam ferè non ità diſſimile. *Odyſſ.* ε'. v. 299. ——Τί νυ μοι μήκιστα γένηται;

544. Ἔρωτας ἐκβοῆσαι] *Scaliger* ἐκποῆσαι, parùm felicitér. *Salmaſius* ἐκπῆσαι, voce nullâ; nam πίζω, πίσαι & πίσασθαι, non πῆσαι facit. Fruſtrà etiam *Faber* ſubdubitare videtur, Hoc Verbum eſſe *Anacreonticum*; fruſtrà omnes, quicunque hìc ullam quærunt mutationem, vel eâ, vel aliâ causâ: Ἐκβοᾶν enim eſt *Exclamare*, aut etiam *Proclamare*, vel ipſi *Hero-*

Et Amorculus quidem hic alis-augetur;
Hic autem Ovum adhuc eſt,
Alter jam ſemiexcluſus:
Clamórque fit ſemper
Pipientium Amorum.
Amorculos verò parvulos
Majores educant:
Hi deindè ſimul atque alti-ſunt
Rurſus pariunt alios.
Quodnam ergò remedium fiat?
Non enim valeo quidem tantos
Amores effari.

34. Ad Puellam.

Nè me fugias, videns Canam

Herodoto, qui ſeculo *Anacreontis* proximo vixit & illius ferè-ſuppari *Thucydidi*; *βολὼ*, *Thema*, Vox *Homerica*: Quare Vox ſatis Antiqua & Legitima.

ODE XXXIV.

Genus Carminis prorſus novum, licet interciſum, nec per totam *Oden* continuum. *Quatuor* enim Priores Verſus ſunt omnes ejuſdem invicem Generis, *viz. Choriambici, Dimetri, Catalecti*, ut illud *Pindari* Olympionic. 4. v. 32. *Ἀμφιτρίτας γυναικῶν*, & v. 47. *Ἐξαπατῶντι μῦθοι*. Quales etiam ſupià v. 291. & infrà v. 560. *Ἐξ ἀγελᾶς ἐλαυθείς*. quem Verſum fruſtrà laceſſunt nonnulli. *Quintus* hujus *Odæ* verſus eſt *Trochaicus, Dimeter, Brachycatalectus*, qui & *Ithyphallicus*, ut ille *Pindari*, Olympionic. 1. v. 2. *Χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ*. *Sextus*, Antiſpaſticus, Dimeter, Catalecticus; modò ſyllaba deſit, *Glyconius, Septimus* & *Octavus, Iambi, Dimetri, Catalectici*, cujus Generis tota *Prima* Ode & Aliæ non paucæ.

545. *Μή μοι φύγῃς ὀφθῇς*] *Dan. Heinſius* legit,

Τὴν πολιὰν ἔθειραν·
Μήδ', ὅτι σοι πάρεστιν
Ἄνθος ἀκμαῖον ἥβης,
Τἀμὰ φίλτρα διώξῃς.
Ὅρα καὶν στεφάνοισιν,
Ὅπως πρέπῃ τὰ λευκὰ
Ῥόδοις κεῖνα πλακέντα.

Εἰς Εὐρώπην, λέ.

Ὁ ταῦρος οὗτος, ὦ παῖ,
Ζεύς μοι δοκεῖ τις εἶναι·
Φέρει γὰρ ἀμφὶ νώτοις
Σιδωνίην γυναῖκα.

Πρᾶ

Μὴ μεῦ φ. ὀρ. *Nescius*, Aliud nunc Carminis Genus, non *Iambicum*; ut modò oſtendimus.

546. Τὴν πολιὰν ἔθειραν] Cave, nè *Doriſmum* hìc ſuſpiceris; cùm Finita in δα, θα, ρα, & α purum, ità ſoleant efferri. Τὴν verò omninò rètinendum.

548. Ἄνθος ἀκμαῖον, ὥρης] ῃ. ὥρης & ἥβης. Prior ſyllaba ᾱ ἀκμαῖον Communis, ut in πέπμαρ, *Euripid.* Hecub. v. 1273. Vid. plures Inſtantias ad *Euripid.* Phœniſſ. v. 19.

549. Τἀμὰ φίλτρα διώξῃς] Διώκω propriè ſignificat, *Infeſto animo-perſequor*, atque proindè *Abigo*, *Expello*, etiam *Herodoto*, in exilium mitto. Quarè *Fabro* ignoſcendum, qui Figuratâ ſignificatione deceptus, non penitiùs introſpexit, atque ità temerè de hoc Verbi uſu pronuntiavit, & legi voluit, quaſi emendatiùs, διώξῃς.

550. Ὅρα καὶν στεφάνοισιν] *Ioniſmus* perpetuò *Anacreonti* tribuendus; niſi ubi Perſonam gerit, ut

Od.

Canam hanc Cæſariem;
Neque ideò, quòd tibi adſit
Flos integer juventæ,
Meam amicitiam rejicias.
Vide etiam in Corollis,
Quomodò emineant candida
Roſis Lilia intexta.

35. De Europâ.

Hic Taurus, ô Puer,
Jupiter mihi videtur aliquis eſſe;
Gerit enim in Tergo
Sidoniam Fœminam;

Traji-

Od. x. quare hoc in loco pro κἀν, hoc eſt κἠμὶ ἐν, lego κἠν *Ionicè*. Ità certè & olim v. 151. κἠν pro κἀν legebatur, hoc pro κὴ ἄν.

551. Ὅπως περίπ τὰ λευκὰ Ῥόδοις κρίνα πολαχέν] *Ovid.* Quale *Roſæ* fulgent inter ſua *Lilia* mixtæ. *Virgil.* Æn. l. 12. v. 68.———vel miſta rubent ubi *Lilia* multâ Alba *Roſâ*. Quemadmodum autem hìc noſter Poeta ex Corollis probat, *Canorũ* ſuorũ colorem minimè aſpernandum. ità *Theocritus* & Nigrum colorem, Καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐσὶ κὴ ἁ χαπὶς Ὑακινθος· Ἀλλ' ἔμπας ἐν τοῖς σεφάνοις τὰ πρῶτα λέγον).

Ode XXXV.

Genus Carminis idem atque illud *Primæ* omnium Odæ.

556. Σιδωνίην γυναῖκα] *Europam* notat *Agenoris* filiam, Regis *Phœniciæ*; cujus Urbes præcipuæ erant *Sidon* & *Tyrus*. Hujus Hiſtoriam habet *Herodotus* l. 1. c. 2. *Apollodorus* Bibliothec. l. 3. c. 1. *Ovid.* Metamorph. l. 2. Fab. 13. *Moſchus* Idyll. 2. Titulo *Europa*. *Nonnus* Dionyſiac. l. 1. *Lucianus* de Deâ *Syriâ*

Πεζᾷ ἢ πόντον βύρσῃ,
Τέμνῃ ἢ κῦμα χηλαῖς·
Οὐκ ἂν ἢ ταύρῳ ἄλλῳ,
Ἐξ ἀγέλης ἐλαθείς,
Ἔπλυσε τὴν θάλασσαν,
Εἰ μὴ μόνῳ γ' ἐκείνῳ.

Εἰς τὸ ἀνεμπλήως ζῆν, λϛ'.

Τί με τοὺς νόμους διδάσκεις,
Καὶ Ῥητόρων ἀνάγκας;
Τί δέ μοι λόγων τοσούτων,
Τῶν μηδὲν ὠφελούντων;
Μᾶλλον δίδασκε πίνειν
Ἁπαλὸν πῶμα Λυαίου·

Μᾶλλον

ria Sydoniorum Nomisma scribit, *Europam* habere Tauro insidentem, quale *Gronovius* nobis exhibet *Thesaur. Grac.* Antiquitat Vol. 1. §. L. Inscriptio ΘΕΑΣ ΣΙΔΩΝΟΣ. *Greek and Roman* History Illustrated by Coyns and Medals, per O. W. 1692. p. 187. Eadem *Venus* & *Astarte* putatur. Vid. quæ Nos ad *Euripid.* Bacch. v. 171.

559. *Οὐκ ἂν δὲ Ταύρῳ ἄλλῳ*] Sunt tamen, qui dicunt, *Themidem* Tauro vectam Diluvii *Deucalionæi* tempore, *Bucheta Epiri* urbem appulisse, ut *Harpocration* & *Suidas* in Βύκετα, & *Gronovius* loco laudato. Pro *Anacreonte* igitur dicendum, Nullam hujuscemodi æquè celebrem Fabulam, atque illa *Europæ*; alteram *Themidis* Authores nullos ferè habuisse, præter *Philochorum* & *Philostephanum*, quorum

Νέον ἐν πόθοις ἀταρβὴς,
Καλὸν ἐν πότοις χορυλὴν
Τελέων, θεὸς κατῆλθεν,

Ἀπα-

767. Ἑπεροπνόοις ἐν αὐλοῖς] Pro ἐν, χ. σὺν. Pro ἑπεροπνόοις χ. ἀεροπνόοις, ut *Tho. Stanlæus:* verùm repugnat *Quantitas.* De Geminis Tibiis loquitur Poeta, quæ *Nonno* δίπτυχοι & διδυμόθροοι audiunt, & *Bacchabus* tribuuntur. *Latini* vocabant *Pares* Tibias, *Dextras* videlicet & *Sinistras*, ut videre est in Didascalicis *Terentianis.*

768. Ὁ δὲ χηρὸς ἂν δύνηται] χ. δύναιτο. Verùm ex eodem Versu, qui aliàs rectior occurrit, *viz.* v. 398. δύναιτο hujus loci, ad δύνηται illius refingendum statuo.

769. Γεφύρι᾽ ἢ νόμους φιλύντων] Alluſum ampliùs ad illas *Homericas* Urbes, in *Achillis* Clypeo designatas, ubi tanta Lætitia, Musica, Hymenæus, & deindè Contentio juxtà Legum præscripta, coram Judice, *Iliad.* σ᾽. v. 499. —— ἔνθα δὲ νεῖκος Ὤρορε δύο δ᾽ ἄνδρες ἐνείκεον, εἵνεκα ποινῆς. Ἀμφω δ᾽ ἰέσθην ἐπὶ ἴσῃ πεῖφαρ ἑκάστῳ Noſter autem Poeta, non hoc modo vult appingi νόμους δικαζόντων, ſed potius νόμους φιλύντων. Alii legunt πόντων, haud prorsùs ineptè. *Baxterus* corrupit in φιλύπας, ut concertaret cum πόλεις, & sic omnem facetiam tollit.

ODE L.

Genus Carminis habes in *Tertiâ* Odâ. Titulus hujus Odæ rectè se habere videtur, Εἰς Διόνυσον, quamvis

Cum geminis Tibiis.
Quinimò, ſi Cera id poſſit admittere,
Pinge quoque Cæremonias Amantium.

50. In Bacchum.

Qui in Laboribus indefeſſum,
Juvenem, in Amoribus interitum,
Bonum in Potationibus ſaltatorem
Reddit, Deus ille jam deſcendit,
Lene

vis *Scaliger* legendum ſuadeat, Εἰς φαφυλὴν τρώξιμον: Reverà enim eſt, ut *Baxter* ait, Ἐπιλήνιος Ὕμνος, quales in *Vinalibus* Veterum cantari ſolebant. Et hæc *Ode* ſola fortè nobis ſupereſt Inſtantia hujuſcemodi apud *Græcos*; quamvis *Horatius*, nî malè memini, *Latinorum* exemplar habeat Unum aut Alterum. De *Romanorum* verò Ruſticis ſolennitatibus, quæ *Hilaria*, *Robegalia*, vel *Rubigalia*, *Tauroſuilia*, *Floralia*, *Vinalia* audiebant, *Varro*, *Columella*, *Plinius*, *Roſinus*, aliique adeundi. At certè hicce Ἐπιλήνιος Ὕμνος magnum antiquæ Religionis ſpecimen omninò eſt habendum. Undè & illorum error etiam notandus, qui *Anacreontem* affirmant, Nullum in Deorum quempiam Hymnum unquam ſcripſiſſe, quod notamus ad v. 144. &c. *Ode* LII. ejuſdem eſt Argumenti.

770. Ὁ τὸν ἐν πόνοις ἀπτιερῆ] Ità, pro πότοις *Vatic.* MS. legit, & hanc Lectionem agnoſcit *H. Stephanus*, *Æmyl. Portus* & Vir Clariſſimus D. *Johannes Cotton* Baronettus, ὁ μαχαιρίτης, ut & in proximo Verſu, πόθοις, cùm anteà πότοις ter repeteretur, quod ſemel tantùm poni debuit, idque in tertio Verſu.

771. Νέον ἐν πόθοις ἀζαρβῆ] Idem *Vatican.* MS. & hìc, pro πότοις legit πόθοις, cui favent prædicti Magni Viri.

773. Τελείην, θεὸς κατῆλθε] Δηλονότι, ἐν τοῖς Διονυσι-

Ἀπαλὸν βρυτοῖσι φίλτρον,
Πότον ἄσυνον, κομίζων·
Γόνυ ἀμπέλου τ' οἶνον
Πεπεδημένον γ' ὀπώραις
Ἐπὶ κλημάτων Φυλάσων.
Ἴν' ὅταν τάμωσι βότρυν,
Ἄνοσοι μύωσι πάντες,
Ἄνοσοι δέμας θεηλὸν,
Ἄνοσοι γλυκύν τε θυμὸν,
Ἐς ἔτος φανέντος ἄλλου.

Εἰς

οἴοις. Διονυσίων ἦν ἀγὼν οἷς ἔτυς ἐπλεῖτο, λήγοντος μὲ Χειμεῶνος, δρομάδων ἦν Ἔαρος, ὅτε οἱ σύμμαχοι φόρους ἔφερον. Καὶ ἐν τῷ Μεγαπόρῳ, ἃ Λήναια ἐκλήθησαν, ἐν οἷς οὐ παρῆσαν οἱ ξένοι. Καὶ ἐν τούτοις ἠγωνίζοντο οἵ τε τ' Τραγῳδίας καὶ οἱ τ' δρχαίας Κωμῳδίας ποιηταί.

775. Πότον ἄσυνον κομίζων] Vinum notat, & alludit ad illud *Homeri* Φερέμαχον, Odyss. δ'. v. 221. Νηπενθές τ' ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων. *Alcaus*, Οἶνον γὰρ Σεμέλας καὶ Διὸς υἱὸς λαθικηδέα, δηλονότι, ἐξεῦρεν.

776. Γόνυ ἀμπέλου τ' οἶνον] Vid. quæ Nos ad *Euripid.* Alceſt. v. 757. Πίνε μελαίνης μητρὸς εὔζωρον μέθυ.

777. Πεπεδημένον γ' ὀπώραις] Ego τὸ γ', quod fortè exciderat, reſtituo, ad Verſum tubicinandum. De Veterum Vindemiâ Vid. D. la *Dacier.*

778. Ἐπὶ κλημάτων φυλάσων] Ità pro φυλάσιον *Baxter* legit & ante eum *Fabri* filia.

779. Ἴν'

Lene Mortalibus Amatorium,
Poculum curis-vacuum, portans;
Progeniem Vitis Vinum,
Involutum Uvis,
In palmitibus reſervans.
Ut quandò reſecent Racemum,
Integri maneant omnes,
Integri corpus ſpectabile,
Integri dulcémque animum,
Uſque ad Anni ſequentis reditum.

51. In

779. Ἰν' ὅταν πάμωσι βότρυν Ἄνοσοι κ. λ.] *Autumnali* tempore, quandò *Febres* maximè graſſantur,

781. Ἄνοσοι δέμας ἠητὸν] Ità *Homer.* Iliad. χ'. v. 370. ——φυὴν τε εἶδός τε ἀγητὸν, & *Iliad.* ω'. v. 376. ——οἷόν τε δὴ σὺ δέμας καὶ εἶδος ἀγητὸν, Πέπνυσαι τε νόον, μακάρεσσι δ' ἔοικας τοκῆσιν. Undè *Ariſtoteles* τελγένειαν Ἀγαθῶν commentatus eſt; & *Anacreon* addidit, Ἄνοσοι γλυκύν τε θυμόν. Ut *Juven.* Orandum eſt, ut ſit *Mens* ſana in *Corpore* ſano. Quibus ſimile illud *Demoſthenis*, in Epitaphio, Νόσων ἀπαθεῖς τὰ σώματα ἐκ λυπῶν ἄπειροι τὰς ψυχάς.

782. Ἄνοσοι γλυκύν τε θυμὸν] Πικρότης θυμοῦ, καὶ χολὴ, καὶ παθῶν ὑπερβολὴ παροξύνουσι τὰ σώματα καὶ νόσους ἐπιφέρουσιν. ἐξ ἐναντίας, γλυκύτης θυμοῦ, καὶ μετριότης παθῶν ἀπαλλᾶσι καλὸν παράσημα ψυχῆς, ὅ ἐστι σωματικῆς ὑγείας χορηγικόν. *Homerus* φίλον θυμὸν vocat. Vid. not. præcedent.

783. Ἐς ἔτος φανέντος ἄλλου] Subaudi χρόνον. Ità *Schrevelius*, *Fabri* filia & *Baxter.*

Ode

Εἰς Δίσκον ἔχουσα Ἀφροδίτην, να'.

Ἆρα τὶς τόρευσε πόντον,
Ἆρα τὶς μανεῖσα τέχνη
Ἀνέχευε κῦμα Δίσκῳ,

Ἐπὶ

ODE LI.

Idem Genus Carminis cum præcedenti *Odâ*. *Tanaquil* quidem *Faber* hanc Oden prorsùs rejicit. At non ego nimium illius judicio tribuere ſoleo; nec fortè illi, qui mox undiquaque expurgatam tersámque illam, & ſibi planè reſtitutam viderint. At Audiamus *Fabrum*, "Nempè dixi modò, non videri hanc "*Oden Anacreontis* eſſe. Dico iterúmque iterúmque "& ad ravim uſque occinam. Primùm miratur, Re"pertum eſſe aliquem, qui Mare in Toreumate ex"preſſerit: iſtuc ſanè miſelli Poetaſtri eſt. &c. Hæc ille, De quibus mox videbimus. Ad hoc Argumentum refer *Johannis Lelandi* in Fortunam navigantem Epigramma, cujus hoc Initium, *Navigat æquore* Fortuna *in gurgite picta*, *Qualis* Apelleis *eſt* Venus *in Tabulis*. *Lubrica dat puppim lunatus corpora* Delphin, &c.

784. Ἆρα τὶς τόρευσε πόντον] Hanc ſummi Poetæ juſtam admirationem elevat, ut vidimus, *Faber*; quaſi reverà non eſſet magni inſtar Miraculi, Totum Mare Diſco ſuffuſum fingere & *Venerem* prærereà emergentem, tantâ Arte, tantâ ingenii dexteritate; ut & Immenſitatem Oceani & Fluctus & Spumam, & Fremitum & Littus, *Delphinas*, & *Cupidinem* & *Himerum*, necnon *Venerem* ipſam, illiúſque omnes *Gratias* coram Oculis ſimul haberes. An *Archimedis* Sphæra tantoperè celebrabitur à *Claudiano* & aliis, hæc autem res æquè prodigioſa *Anacreontis* laudatione indigna habebitur? *Apage*, Faber!

51. In Discum Venerem exhibentem.

Ergò aliquis cælavit Pontum;
Ergò quædam Divina Ars
Superfudit fluctum Disco,

Super

ber! Hìc enim te & Judicium tuum tua Filia damnat. Alia nos suo loco defensa dabimus, quæ vel ipsa, vel alii impetunt. Argumentum hujus Picturæ est Ἀφροδίτη ἀναδυομένη, quod *Hesiodus* describit *Theogon:* à v. 190. ad v. 202. Artifex aliquis nunc Poeticam Imaginem Pictorio penicillo expressérat, aut ità certè Poeta, magnus ille quidem Artifex, imaginatus est. Post *Anacreontis* sanè tempora, intervallo benè magno, *Apelles*, magnâ cum laude & omnium admiratione, atque plausu, Ἀφροδίτην ἀναδυομένην depinxit, de quâ re Videsis *Anthолog.* l. 4. fol. 326. Quibus addo ego *Angeli Politiani* politissimum Epigramma Δωδεκάστιχον, *Græcum*, inter *Græca* illius Opera reservatum, quod meo quidem judicio cum quovis Veterum possit contendere. *Ovidius* de *Apellæo* hoc Opere, *Si nunquam* Venerem Cous *pinxisset* Apelles, *Mersa sub æquoreis illa lateret aquis.* Quod tamen non nisi cum *Grano* salis admittendum; nequid enim de hoc *Anacreontis* loco dicam, *Hesiodus* certè rem eandem Versibus nunquam intermorituris diù antè pinxerat, *Theogon.* v. 190. &c.

785. Ἄγε τὶς μανῖσα τέχνη] "Quid illud, inquit hìc *Faber*, "O rem bellam & planè *Ionicam* scilicet. Rectiùs certè in hâc parte *Baxter*, Μανῖσα) *Enthea*, sive Divino Numine afflata significat, quod infrà v. 790. Νόος ἐς θεὸς ἀνθρώπῳ. *Juvenal.* Satyr. VII. v. 66. Magnæ Mentis Opus, nec de Lodice parandâ *Attonitæ*, currus & equos, facieisque Deorum Aspicere &c.

Ἐπὶ νῶτα δ' ἁλάοντος.
Ἄρα τὶς ὑπὲρ θάλασσαν
Ἀπαλὼ χάραξε Κύπριν,
Νόος ἐς θνὰς ἀερθείς,
Μαχάρων φύσιος ἀρχήν.
Ὁ δέ νιν ἔδειξε γυμνὴν,
Χ' ὅσα μὴ θέμις ὁρᾶσθαι,
Μόνα κῦμα συγκαλύπτει·
Ἀλαλημένη δ' ἐπ' αὐτῇ,
Βρύον

787. Ἐπὶ νῶτα τῆς ἁλάοντος] *Homer.* Iliad. β. v. 159. —— ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης.

788. Ἄρα τὶς ὑπὲρ θάλασσαν] Hoc in Verſu videtur *Tribrachys* pro *Anapæſto* poni in Primâ ſede, quod fieri ſolere conſtat. Verùm hìc Duplici ratione τὶς produci poteſt, nempe ob *Accentum* & ante Aſperum. Aliàs, *Tribrachys* in Primâ ſede, ut v. 792. Pro ὑπὲρ θάλασσαν, Multa habent Exemplaria ὑγρὴν λύκκην, quæ Lectio, puto, per errorem, orta ex illo, v. 796. Βρύον ὡς ὑγρὴ λύκος.

790. Νόος ἐς θνὰς ἀερθείς] *sc.* νόον, ut ſit, vel ἄρα τὶς νόος ἀερθείς, vel ἄρα τὶς νόον, ἢ καὶ τὸν νοῦν, ἀερθείς, Vid. ſuprà ad v. 785. Ità *Euripid.* Incert. v. 376. Βάσομαι δ' ἐς αἰθέρα πτηνὸν ἀερθεὶς Ζανὶ φερτμιξων.

791. Μαχάρων φύσιος ἀρχήν] Si vera hæc Lectio, tum φῦσις priorem producit, & Accentum mutat in *Circumflexum*, contra Communem uſum, qui Acuminatum corripit, quod tamen aliquandò factum probo ad *Euripidis* Incerta, v. 295. Ità *Anthолog.* fol. 110. Φῦσις ἀπροάζει θέσμια συζυγίης. Et ſic Verſus erit *Ionicus* ἀπ' ἐλάσσονος, quod Genus frequentèr hiſce ſemijambis interſpergi ſolet, ut paſſim probamus, & præcipuè ad v. 687. Aliàs legerem

Super terga maris.
Ergò aliquis, ſuper Pelagus
Tenellam expreſſit Venerem,
Animus ad Deos uſque evectus,
Deorum Naturale Principium.
Iſque eam oſtendit nudam;
Quæque nefas conſpici,
Sola *ea* fluctus contegit.
Et ſupervagata Ipſa,

Ut

gerem φύσειον, licet rara Vox φύσειος, ὁ κὴ ἡ, pro φυσικὸς, nec tamen irregularis. *Veneri* autem omnium Originem tribuit, ut *Euripid.* Hippolyt. v. 448. Πάντα δ' ἐκ ταύτης ἔφυ, de *Venere* loquens, & *Lucretius* in Principio uſque ad v. 25.

792. Ὁ δέ νιν ἔδιξε γυμνὴν] *Tribrachys* hìc in *Primâ* ſede, pro *Anapæſto*, ut ſuprà v. 788. & aliás.

793. Χ' ὅσα μὴ θέμις ὀρᾶς] Licet χ' ὅσα poſſit, pro χ' ὥσα ſcribi, & *Ultima* Ϛ θέμις ante *Aſperum* produci, meliùs fortaſſe cum *H. Stephano* legas, Ὅσα μὴ θέμις δ' ὀρᾶς. Quoad ſenſum, *Anthолog.* l. 4. c. 12. fol. 326. *Democriti* Epigramma de hâc ipsâ re, Σπέρμα μόνον φαίνεται, τὸ κὴ θέμις. Ità *Callimach.* Σχέτλιος, ὃς ἰδέλων εἶδε τὸ μὴ θεμιδὸς. Ità *Anthолog.* fol. 323. Πορξιπάλης ὃν εἶδεν, ἃ μὴ θέμις, de *Venere*. Et aliàs fol. 333. Θνητῆς καλὸν ἔδιξεν, ὅσον θέμις.

794. Μόνα κῦμα συγκαλύπτει] *Vatican*, MS. Μόνα κύμασιν καλύπτει, ut *Artifex* notetur; non inelegantер.

795. Ἀλαλημένη δ' ἐπ' αὐτῇ] Ità *Vatican.* MS. & hic Ordo, Αὐτὴ ἣ ἐπαλαλημένη κ. λ. ut rectè *Fabri* filia. *Stephani* conjecturâ, quâ legit ἐπ' ἀκτῇ, minimè delector, ut nec illa; nihil enim hìc de Li-

Βρύον ὡς ὕπερθε λιμνέων,
Ἁπαλόχροος γαλήνης,
Δέμας εἰς πλόον φέρουσα
Ῥᾴθιον πάροιθεν ἕλκει.
Ῥοδέων ὕπερθε μαζῶν,
Ἁπαλῆς ἔνερθε δειρῆς,
Μέγα κῦμα σῶμα τέμνει.
Μέσον αὔλακος ἡ Κύπρις,
Κέλσον ὡς ἵοις ἐλίχθη,
Διαφαίνεται γαλήνης.
Ὑπὲρ ἀργύρῳ δ' ὀχεῦται,
Ἐπὶ δελφῖσιν χρυσέοις,
Δολεροὶ νέον μέτωπον,

Ἔρως

tore; in Medio Mari verſatur adhuc *Venus*. Olim ἐπ' αὐπὰ, *Doriſmo* malè adhibito.

796. Βρύον ὡς ὕπερθε λιμνέων] Vocula ὡς *ſimilitudinis*, ante Nomen ſuum *Accentu* caret, pòſt autem *Accentu* gaudet, ut ὄρνιθες ὡς, quare & hic βρύον ὡς ſcribo, quod tamen nuſquam ante hìc factum, excepta, *Morelii*, *Stephanique* junctâ & ſingulari Editione.

797. Ἁπαλόχροος γαλήνης] Olim ἀπαλοχρόης Malè; cùm ſit ὁ καὶ ἡ ἀπαλόχροος, ἀπαλόχρους, & καὶ τὸ ἀπαλοχρόου. Vel ὁ καὶ ἡ ἀπαλόχρους, & ἀπαλόχροος, ut *Homer.* Hymn. *Vener.* v. 14. Ἥδε τε παρθενικὰς ἀπαλόχροας. Quare hìc ἀπαλόχροος legendum ſtatuo, quæ Lectio facilè potuit in ἀπαλοχρόης perverti. *Henr. Steph.* ἀπαλοχρόη legit. Et ſuprà v. 579. Ἁπαλύνεται γαλήνη.

799. Ῥᾴθιον πάροιθεν ἕλκει] Qui facilè natant manuum

Ut Fucus ſupernè albeſcens,
Super dulce-apparentem tranquillitatem,
Corpus in natationem tradens
Fluctum ab-ante attrahit.
Roſeis ſuper Papillis,
Teneram infra Cervicem,
Ingentem fluctum nunc primùm ſecat.
In medio autem ſulci Venus,
Sicut Lilium Violis involutum,
Tranſlucet per tranquillum.
Super autem vehuntur Argento,
Super Delphinibus ſaltatoribus,
Doloſi *etiam* tenero vultu,

Amor

nuum remigio, fluctus ad ſe videntur levitèr attrahere.

802. Μέγα κῦμα πρῶτα τέμνει] *Homer.* Odyſſ. γ'. v. 175. ——πέλαγος τέμνειν dixit. *Horat.* Myrtoum ſecat mare. *Veneris* natantis Deſcriptionem habet *Nonnus* Dionyſ. l. XL I. fol. 696. &c.

804 Κέλευθον ὡς ἴοις ἐλιχθεὶν] Quare ὡς *Accentu* gaudeat, Videſis ad v. 796. Eadem ſimilitudo ſuprà v. 551. Ὅμως περὶ τε λευκὰ Ῥόδοις κέλυφα τηλανέα. De *Violis* vid. *Paſchal.* de Coronis l. 3. c. 4.

806. Ὑπὲρ ἀεργέα δ' ὀχοῦνται] *Tmeſis* pro ὑποδοχοῦν *Vat* MS. ὀρχοῦν), quod nec *Verſus* nec *Senſus* admiſerit.

807. Ἐπὶ Δελφίσιν χορδαῖς] *Delphinas* rectè vocat ſaltatores, quod per ſaltum Natent & prætereà Muſicâ delectentur præ cæteris Animalibus, ut notamus ad *Euripid.* Electr. v. 435. Ἵν' ὁ φίλαυλος ἅλλεται Δελφίς. *Delphinas* idem *Euripides* καλλιχόρους vocat, *Helen.* v. 1470. Et *Anacreon* mox, v. 810. χορὸν ἰχθύων κυρτόν.

808. Δολερὸν νέον μέτωπον] Olim, Δολερὸν νόον

Ἔρος, Ἵμερος γελῶντες·
Χορὸς ἰχθύων ἢ κυρτὸς, 810
Ἐπὶ κυμάτων κυέντων,
Παφίης ἐς ὄμμα παίζῃ,
Ἵνα νήχεται γελῶσα.

Ἐπιλήνιος ὕμνος, νϛ'.

Τὸν μελανόχρωτα βότρυν

Ταλά-

μερόπων, quam Lectionem *Baxter*, ut ipſe ait, *ſolitâ fiduciâ* ductus, ampliùs corrupit, legendo μὴ ῥώντων, pro μὴ ἐρώντων. Neſcius, Antepenultimam in hoc Verſu corripi debere. *Scaliger* legit, Δολερὸν νόημ' Ἐρώντων. *Heinſii* Codex, "Rectè *Stephanus* δο-"λερὸν, quod ſequitur, ità Lege, νέον μέτωπον, quamoptimé. Νέον, ὅτι νεωστὶ ἡνωθέντες· καὶ ἔμφασιν δηλοῖ, Ἀπηνοῦς, καὶ δολερόν. *Frons* autem ſemper habita ſedes *Pudoris* & *Impudentiæ*, *Innocentiæ* & *Doli*. Ità *Chriſtodorus*, ——ἐπ' ἀτλοκάμῳ ἢ μεσσώπῳ Ἧσο Σαοφροσύνη κυδροτέρφ. Vid. *Polemonis* & *Adamantii* φυσιογνωμονικά.

809. Ἔρ, Ἰμερ, γελῶντες] Rectiſſimè, pro Ἔρως, *Baxter* hic Ἔρ reſtituit, ut ſit in *Primâ* ſede *Anapæſtus* ex Lege. Ὁ Ἔρ autem Vox etiam *Homero* nota, ut dicimus ad *Euripid.* Hippolyt. v. 449. Et *Heſiodo*, de hâc ipsâ *Venere* recèns-natâ loquenti, *Theogon.* v. 201. Τῇ δ' Ἔρ ὡμάρτησε καὶ Ἵμερ ἕσπετο καλὸς Γενομένῃ τὰ πρῶτα: Vid. ad v. 812. & 959. ubi *Horatius* quoque in partes trahitur.

810. Χορὸς ἰχθύων τε κυρτὸς] Elegans Periphraſis *Delphinum*, qui curvi & pandi vocantur etiam *Latinis*, quòd incurvantes ſe in Curſu jaculi-ad-inſtar propellantur, undè *Nonno* audiunt αὐλίσκοι. Dorſum iis repandum dat *Plinius* l. IX. c. VIII. *Lu-*

natus

Amor & Himerus ridentes.
Chorúſque Piſcium pandus,
Super fluctibus urinans,
Paphiæ ob oculos ludit,
Quocunque natat ridens.

52. Torcularis Hymnus.

Nigricantem Racemum

Cani-

natus Delphin *Johanni Lelando* audit; ut modò oſtendi ad hujus *Odæ* Procœmium.

811. Ἐπὶ κυμάτων κυδιῶν] Et hoc *Delphinorum* proprium, Laſcivire, ſaltare, ſurgere in auras, & Urinatorum more rurſus ſe prono capite demittere in altum; & hinc *Nonnus* Dionyſ. l. 111. fol. 52. Σιγαλέης Δελφῖνα κυδιηπόρῳ γαλήνης.

812. Παφίης ἐς ὄμμα παίζει] *Longepierre*, homo Eruditæ Lectionis, primus hanc Lectionem, ex corrupto Παφίης τε σῶμα παίζῃ, hauſit; quâ nulla unquam Conjectura ingenioſior, aut certior & luculentior. Rata itaque eſto, ἡ μεγάλη χάρις αὐτῷ. *Horatius* rem expreſſit his verbis, *Quam locus circumvolat & Cupido.* Vid. ad v. 959.

813. Ἵνα νήχεται] Quandò ἵνα pro ὅπου, *ubi*, ponitur, *Indicativo* gaudet, ut hoc in loco; aliàs *Subjunctivo*, pro quo tamen *Atticè* ſubſtituitur Indicativus, ut notamus ad v. 647.

Ode LII.

Genus Carminis idem adhuc continuatur. Et hæc *Ode* ejuſdem ferè eſt Argumenti cum *Quinquageſimâ*, ut ad eam notamus: Quare Titulus verus videtur eſſe debere, Ἐπλήνιον. Ὕμνος. Olim, Εἰς οἶνον.

814. Τὸν μελανόχρωτα βότρυν] *Dactylus* hìc primam occupat ſedem loco *Anapæſti*, cui ἰσόχρονον, quod fieri poſſe & factum aliàs notamus ad v. 696.

&

Ταλάροις φέρουσες ἄνδρες,
Μετὰ παρθένων, ἐπ' ὤμων·
Κατὰ λῆνὸν ἢ βαλόυσες
Μόνον ἄρσενες παῖδσι
Σταφυλὴν, λύουσες οἶνον,
Μέγα τ' θεὸν κροτοῦσες
Ἐπιληνίοισιν ὕμνοις,
Ἐρατὸν πίθοις ὀρῶσες
Νέον ἐς ζέουσα Βάκχον.
Ὃν ὅταν πίῃ γεραιὸς,
Τρομεροῖς ποσὶν χορεύῃ,
Πολιὰς τρίχας πιάσων·
Ὁ δ', παρθένον λοχήσας,
Ἐρατὸς νέος μεθυθεὶς,
Ἁπαλὸν δέμας χυθεῖσαν,

Σκιερῶν

& in ſcalâ hujus Verſûs. Μελανόχρως Vox nota. *Theocrito*, Idyll. 3. v. 35. Τάν με κρὴ ἀ Μέρμνων' Ἐλθοῖσ' ἀ μελανόχρως. Pro eâdem occurrit μελάγχρως, & μελανόχρους, & μελαγχροιὴς &c. *Homer.* Iliad. σ'. v. 562.——Μέλανες δ' ἀνὰ βότρυες ἦσαν.

815. Ταλάροις φέρουσες ἄνδρες] *Henricus Stephanus* φέρουσιν legit & à multis probatur; quod minùs facerent, ſi verborum Ordinem penſiculatiùs conſiderâſſent, Βότρυν ἄνδρες φέρουσι μὲν, μετὰ παρθένων, βαλόντες δὲ, κ. λ. οἱ ἄρσενες μόνον, ἄνευ παρθένων, πατοῦσιν, κ. λ. Poeta reſpicit illud *Homeri* Iliad. σ'. v. 567. Παρθενικαὶ δὲ καὶ ἠΐθεοι——Πλεχτοῖς ἐν ταλάροισι φέρον, κ. λ.

817. Κατὰ λῆνὸν ἢ βαλόντες] Verſus *Ionicus* ἀπ' ἐλάσσονος, de quo vid. v. 791.

822. Ὀρῶντες

Caniſtris ferentes Viri,
Unâ cum Virginibus, ſuper humeris;
At in torcular jacientes
Tantummodò Mares, calcant
Uvam, exprimentes Vinum,
Magnoperè Deum plaudentes
Torcularíis Hymnis,
Jucundè in Dolia tuentes
Ad novum efferveſcentem Bacchum:
Quem quandò biberit ſenex *aliquis*,
Tremulis pedibus ſaltat,
Canos capillos quaſſans:
Virginem verò inſidiatus,
Amabilis Juvenis jam probe-madidus,
Tenerum corpus fuſam,

Umbroſis

822. Ὀρῶντες] *Heinſ.* Codex, ἰόωσ, Φορῶντες, temerè, nam ſic φορεῦντες ſcribendum. An Ἐρατὸν πίθοις δ' ὀρῶντες?

823. Νέον ἐς ζέουσα Βάκχον] Nonnulli legunt unicâ Voce, ἐνζέουσα. Iis non ego Aſſentior, cùm alia Lectio rectè ſe habeat, ut ſit Ordo, Ἐρατὸν ὀρῶντες ἐς νέον Βάκχον ζέοντα (σὺ) πίθοις.

824. Ὃν ὅταν πίῃ γεραιὸς] Πίῃ hìc pro πίνῃ ſubſtituo, quoniam, licet πίω aliquandò *Primam* producat, quod notat *Euſtathius* in *Homer.* πίνω tamen *Priorem* nunquam corripiat. Vid. ad v. 935.

826. Πολιὰς τελχας πυάσων] Ità *Euripides*, de ſenibus *Bacchum* colentibus, *Bacch.* v. 185. Καὶ χερῶν σείουσι πολιόν. Et paulò poſt, v. 324. Πολιὰ ξυναείρεις, ἀλλ' ὅμως χορεύτεον.

828. Ἐρατὸς νέῳ μεθυσθείς] Olim ἐλυσθείς, quæ Vox *Homerica*, at huic loco minùs accomoda; licet *Archilochus* apud *Stobæum* ferè perſuadeat, Ἐν τῷ γὰρ ψόῃ Ἀφροδίτης λόγῳ, Τοῖς γὰρ φιλότητος ἔρως

ὑπὸ

Σκιερῶν ὕπερθε φύλλων,
Βεβαρημένῳ ἐς ὕπνον,
Ἐς ἔρωτ' ἄωρα θέλγῃ
Παρθένιον γάμων γενέσθαι.
Ὃ δὴ μὴ λόγοισι πείθων,
Τότε μὴ θέλουσαν ἄγχει·
Μετὰ γὰρ νέων ὁ Βάκχος
Μεθύων ἄτακτα παίζῃ.

Εἰς

ὑπὸ καρδίῃ ἐλυθείς. *Versûs* tamen & *Sensûs* causâ, cum *Henrico Stephano*, μεθυθείς legendum pronuntio: *Bacchus* enim *Veneris* Amicus & *Ariſtophanes* vocat Οἶνον Ἀφροδίτης γάλα, ut *Athenæ*: fol. 444. Et *Anacreon* mox dicit, v. 837. Μεθύων ἄτακτα παίζῃ. Huc refer *Euripidis* Cyclop. v. 168.

830. Σκιερῶν ὑπερθε φύλλων] Confer v. 58.

831. Βεβαρημένῳ ἐς ὕπνον] *Phraſis* notanda, *Gravatus in ſomnum*, pro *Gravatus ſomno*. *Homer.* βεβαρηότες οἴνῳ. *Anthолog.* βεβαρημένῳ ὕπνῳ.

832. Ἐς ἔρωτ' ἄωρα θέλγῃ] Cùm Olim, ὁ δ' Ἔρως ἄωρα θέλγων, omnia erant conturbata; nunc Omnia planiſſima, nec ullus Defectus cernitur. Ἄωρα *Adverbialitèr* ponitur, & *Metaphoricè* à Crudis & vixdum-maturis Fructibus, ad teneriorem Virginem transfertur, Ἄωρα ἡδ, τὰ πρὸ τοῦ καιροῦ (an ὡς ἔτι καιρῷ) τρυγώμενα, inquit *Suidas*. Quod nonnulli notant ἄωρα Mulierem ſignificare, nil Nos morari debet, iſti enim planè ſomniant. Θέλγῃ quidem ipſe *Faber* legendum putat.

833. Παρθένιον γάμων γενέσθαι] De Virgine locutus eſt, ut conſtat v. 827. Quare μελλόντων ſubaudiendum ad γάμων, vel hoc in loco γάμων, ut *Baxter* rectè obſervat, *Figuratè* pro Αἰδῦς, Παρθενίας. Notum etiam, quod obſervamus ad *Euripidis* Danaen

Umbroſis ſuper frondibus,
Gravatam in Somnum,
Ad amorem intempeſtivè allicit,
Ut ipſa proditrix pudoris fiat.
Et ipſe verbis ſuis minimè ſuadens,
Tum demùm invitam comprimit:
Inter juvenes enim Bacchus
Ebrius inordinatè ludit.

53. In

naen v. 18. γάμῳ aliquandò ſimplicitèr poni κατ' εὐφημισμὸν pro ἡ συνουσία, vel τὴ Ἀφροδίσια. Vid. *Spanhemii* Not. ad *Callimach.* Hymn. in *Del.* v. 240. ubi benè multa in hanc rem.

834. Ὁ δ' μὴ λόγοισι πίθων] Extat apud *Nonnum*, Dionyſ. l. XII. à fol. 225. ad fol. 228. *Vindemiæ Deſcriptio*, undè magna Lux huic Odæ, & ibi quoque Nympha ἀπειθής· Ὃς δ' νοσφιλάγχθιο μίθης δεδονημένῳ οἴστρῳ Παφιτικῆς ἀγάμοιο σαόφρονι ἴψαθε μίτρης. Αὖ ἐφύων νὺ ἐπὶ Κύπριν ἀπειθέϊ εἴμασθε Νύμφης Χειρὶ ὀπιθοδόντῳ ῥοδέων ἐπιφήσατο μηρῶν.

835. Τότε μὴ θέλουσαν ἄγχει] Non hìc ἄγχω *Abſolutè* ſtrangulo, ſignificat, verùm ità Fauces conſtringere, ut Raptores Puellis facere ſolent, nè exclament. Ità *Lucian.* in *Æaci* Dialogo, Τί ἄγχεις, ὦ Περιτοίλαε, τὸν Ἑλένῃ ἀφοσιούμενον; Vel alio quovis modo *Conſtringere, Comprimere*, vel *Coercere*, ut Debitoribus facere ſolent importuni & violenti Creditores; ità D. *Matthæus* c. 18. v. 28. Κρατήσας αὐτὸν ἔπνιγε. Πνίγω enim vox *Synonyma* τῷ ἄγχω. Et ità idem *Lucian.* in Lapith. Οὐδὲ ἄγχω τὺς μαθητὰς, ἢν μὴ καλῶς χαίρειν ἀπῇσι τὺς μισθύς. Figuratè demùm *Comprimere & violento congreſſu* quaſi *ſuffocare.*

837. Μεθύων ἄπαιζε παιζεῖ] Eſt εὐφημισμὸς ſimul & μείωσις, pro ὑβρίζει. Sic ἀπαιτία, ὑβρίζω.

Ode

Εἰς ῥόδον, νγ'.

Στεφανηφόρει μεθ' ἥρος
Μέλπομαι ῥόδον θέρειον·
Σὺν, ἑταῖρε, ἄειξε μολπήν. 840
Τόδε γὰρ θεῶν ἄημα,
Τόδε καὶ βροτῶν τὸ χάρμα,
Χάρισίν τ' ἄγαλμ', ἐν ὥραις

Πολυ-

Ode LIII.

Carminis Genus etiamnum Continuatur, idem nempè cum Odâ *Tertiâ*. Et hæc *Ode* ejuſdem ferè Argumenti eſt cum Odâ *Quintâ*; ut notamus ad v. 76. Nihil quidem hâc Odâ Venuſtius tota protulit Antiquitas. Quòd autem Roſa ſit *Regina* Florum, patet ex v. 970. & iis, quæ ibidem ex *Sapphone* laudo.

839. Μέλπομαι ῥόδον θέρειον] κ. θερεινὸν, verùm ob Verſum lego θέρειον, quæ Vox Genuina, Vetus & magis Poetica, Metróque aptior. *Dinnerus* in Epithetis τῆ Ἔαρ, legit θερεινόν. Eſt autem hìc *Primâ* ſede *Amphimacer* pro *Anapæſto*, de quâ re ſuprà ad v. 86. 853. & 927.

840. Συνέταιρε, ἄειξε μολπήν] Vetus Lectio, Συνεταιρεῖ αὔξει μέλπειν, pro quâ *Baxter* ſubſtituit, Συνέταιροι, αὔξοι μέλπειν, nullâ *Metri*, nédum *Sensûs* Ratione habitâ. *Scaliger* multò meliùs, Συνέταιρε, ἄειξε μέλπειν. *Henr. Stephan.* quamvis dubitantèr, Συνέταιρε δ' αὔξε μολπήν. *Daniel Heinſius* in hâc parte felicior, Συνέταιρε, ἄειξε μολπήν, Mallem legas, Σὺν, ἑταῖρε, ἄειξε μολπήν. Quæ poſtrema Lectio potior videtur, ut ſit, per *Tmeſin*, pro συνάειξε. Quanquam & *Euripidi* σύγκασις κόμα, pro ſimplici κάσις, occurrat, & ξυνεἰκοσι *Homero*, Odyſſ. ξ'. v. 98. pro ſimplici εἴκοσιν. Et hinc Dominus *Dacier* (cui cum

eleganti

53. In Roſam.

Unà cum coronigero Vere
Cantu-celebro Roſam æſtivam:
Tu, ſodalis, adjuva cantilenam.
Hæc etenim Divorum halatio,
Hæc & Mortalium oblectamentum,
Gratiiſque trophæum, in temporibus
Flori-

eleganti Conjuge *Fabri* filiâ plurimum debent Literæ tam *Græcæ*, quàm *Latinæ*) conjecturam fecit, Hanc Oden *Dialogi* formâ ſcriptam; cui Conjecturæ ſuus debetur honos: quanquam *Anacreon* potuit *ipſe Canere ad ſodalis Citharam*, cujus Pulſus proindè ipſum Canticum ſuaviſſimum ſuâ jucunditate congruiſque Modulis multùm adjuvaret.

841. Τόδε κῆ θεῶν ἄημα] Ità ſuprà v. 83. Τόδε νῆμι θεοῖσι τερπνόν. Verùm altior hìc Doctrina latet. Deorum Preſentia creditur *Roſeum quid ſpirare*, Undè *Virgil.* Æn l. 1. v. 406 -- *& avertens Roſeâ cervice refulſit, Ambroſiæque comæ divinum vertice Odorem Spiravêre.* Certè *Cardanus*, De Subtilitate l. XIII. *Igitur ſolus Odor ex his, quæ ſentiuntur, aut Occidere, aut Recreare, hominem poteſt. Nam ſpiritum, in quo Animæ Opus eluceſcit, aut Bonus Odor nutrit, aut Malus deſtruit. Itaque eâ de causâ Thura Diis adolentur; quòd Divina pars in nobis Odoribus gaudent; atque etiam ob id, Optimum Omen cenſetur, præſentiſque alicuius Divinitatis, cùm Odor Bonus abſque causâ ſentitur.* Et *Homerus* priùs dixerat *Veneris* Unguentum, *Roſaceum*, Iliad. Ψ. v. 185. Ἀλλά μύνας μὲ ἄλαλκε Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη Ἥμαζε κῆ νύκτας· ῥοδέην δ' ἔχεεν ἐλαίῳ Vid infrà ad v. 861. & quæ Nos ad *Euripid.* Hippolyt. v. 1391.

843. Χάρισίν τ' ἄμαλμ' ἐν ὥραις Πολυανθέων ἐρώτων] Confer v. 84. item v. 577.

Πολυανθέων ἐρώτων·
Ἀφροδίσιόν τ' ἄθυρμα.
Τόδε κ' μέλημα μύθοις,
Χαρίεν Φυτόν τε Μουσέων·
Γλυκὺ κ' ποιῦντι πεῖραν
Ἐν ἀκανθίναις ἁρπαῖς·
Γλυκὺ δ' αὖ λαβόντι θάλπειν
Μαλακαῖσι χερσὶ, κύφως
Προσάγειν Ἔρωτος ἄνθος.
Ὡς σοφῷ τόδ' αὐτὸ τερπνὸν

Θαλί-

846. Τόδε κ' μέλημα μύθοις] *Faber* hìc, cum Filiâ, pro μύθοις legunt Νυμφῶν, quæ Lectio minimè aſpernanda, imò confirmari videtur ex v 858. niſi quòd ſic bis de *Nymphis* Roſas colentibus eſſet dictum. Quare μύθοις per me maneat; indè enim Poetarum Carmina notantur, ut *Sappho*, Καθαροῖς ἐν κείσεαι· Οὐδέποτε μναμοσύνα σέθεν ἔσσεται, οὐδ' ποχ' ὔστερον. Οὐ γὰρ μετέχεις ῥόδων τᾶς ἐκ Πιερίας. *Roſæ* itaque Poetis & Fabulis Poeticis propria; quod & proximè ſequenti Verſu confirmatur, v. 847. Χαρίεν φυτόν τε Μουσέων, de quâ re diximus ad v 76. *Heſychius* hunc locum proculdubiò reſpicit. Μέλημα) ἔπινον· ἢ φροντίζοι, ἀγάπημα. Μέλημα μύθοις autem dicitur, ut *Pindaro*, Παρθένοισι μέλημα; & *Anacreonti* ſuprà v. 843. Χάρισιν ἄγαλμα. Vid. ad v. 82.

847. Χαρίεν φυτόν τε Μουσέων] *Roſam Muſis* ſacram oſtendo ad v. 76. & v. 846.

848. Γλυκὺ κ' ποιῦντι πεῖραν] *Henric. Stephan.* legit, Γλυκὺ κ' πειρῶντα πεῖραν. Verùm idem ſenſus, ſi noſtram Lectionem admittas; nam in eâ *Baxtero* aſſentior, qui hic pro ποιῦντι & λαβόντι, v. 850. legit ποιῦντι & λαβόντι. Nil enim opus erat προσάγειν

γειν·

Floridulorum amorum;
Venereúmque ludicrum.
Hæc & argumentum Fabulis,
Gratiosáque planta Musarum:
Dulcis vel facienti periculum
In spinosis semitis;
Dulcis etiam sumenti, ut foveat
Mollibus in manibus, levitèr *naribus*
Admoventi Amoris florem.
Adeò Docto quoque *Poetæ* hæc ipsa jucunda

Con-

γνάθῳ notare, propter *Apostrophen*, poni pro ἀφαῦ γνάθῳ. Et sanè tres alii *Dativi* casus immediatè sequuntur à v. 853. nempè, & deinceps.

851. Μαλακαῖσι χερσὶ κώφως] Et hìc libentèr *Baxtero* assentior, qui κώφως pro κώφαις legendam rectè auguratur; & ut ille ait, *Rosæ leviter tractatæ diutiùs odorem servant*, certè fortiùs Nares ferient.

852. Προσάγνιπ] Sub udi *Naribus*.

853. Ὡς σοφῷ τόδ' αὐτὸ πρηνὲς] *Baxterus*, "Pro-"num, inquit, fuerat Reponere Τῷ σοφῷ pro *Mon-"strosо*, ὠσοφῷ, bonus tamen *Stephanus* id non vi-"dit. Ità ille illudens *Stephano*, qui cautior quùm esset, non putabat *Amphimacrum* in *Primâ* sede admitti posse; quod tamen aliquandò fieri ostendo ad v. 839. Aliàs ego sanè legerem, Τί; Σοφῷ τόδ' αὐτὸ πρηνές. Verùm ob rationem prædictam, cum *Baxtero*, τῷ σοφῷ legerem, niti *Vatican.* MS. haberet, Ὡς σοφῷ, quæ Lectio & proba, nec coacta, cùm totidem easdemque Literas ferat, quas *Monstrosum* illud ὠσοφῷ, quare maneat rata. Σοφὸς autem Poetas & aliàs vocat, v. 860. Et Poetarum Negotium erat in *Dionysiacis*, ut omnibus notum, quod spectat ad v. 855. Διονυσίαις θ' ἱερῇσῖς.

Θαλίαις τε καὶ τραπέζαις,
Διονυσίαις θ' ἑορταῖς.
Τί δ' ἄνθει ῥόδα γένοιτ' ἄν;
Ῥοδοδάκτυλος μὲν Ἠὼς,
Ῥοδοπήχεες δὲ Νύμφαι,
Ῥοδόχρους δὲ Κύπρις
Παρὰ τοῖς σοφοῖς καλεῖται.
Τόδε καὶ νοσοῦσιν ἀρκεῖ·

Τόδε

855. Διονυσίαις θ' ἑορταῖς] In *Pythiis* ludis erant antiquitùs Certamina *Ingeniorum*, ut *Homerus* ipse testatur, *Hymn.* in *Apollin.* v. 149. Οἱ δέ σε πυγμαχίῃ τε, καὶ ὀρχηθμοῖσι, καὶ ἀοιδῇ Μνησάμενοι πέρπουσιν, ὅταν σήσωνται ἀγῶνα. Et *Anacreon* mox apertè innuit ad v. 992. Hinc in *Dionysiacis* is mos apud *Athenienses*; ut mox ad v. 1290. & idem *Ingeniorum* certamen propositum ab *Artemisiâ* Reginâ, ad *Mausoli* Conjugis charissimi funus, in quo certavit inter alios *Isocrates*, ἠγωνίσατο, inquit *Plutarchus*, in illius Vitâ, καὶ τὸ ἐπὶ Μαυσώλῳ πεσθὲν ὑπὸ Ἀρτεμισίας ἆθλα· τὸ δὲ Ἐγκώμιον ὁ σώζεται. Talia erant *Ingeniorum* Certamina & olim apud Nos *Anglos*, coram Nobilissimo Ordine *Garteriaco*. Festo D. *Georgii*, quandò Mos fuit Regi & Sociis Poemata offerre; ut *Elias Ashmole*, Garter. fol. 594.

856. Τί δ' ἄνθει ῥόδα γένοιτ' ἄν] *Vatican.* MS. Τί δῆτα δῆτα γένοιτ' ἄν; Et sic quidem *Tribrachys* pro *Anapæsto*; quod aliquandò fieri probamus, ad v. 788. & 792. Verùm hæc mihi potiùs *Explicatio*, quàm *Lectio* vera videtur. Proximus quoque Versus incipit quasi Novam Oden in *Vaticano* MS. quod ferè Domini *Dacier* Ordinationem ἀφηλογισκὴν confirmat.

857. Ῥοδοδάκτυλος μὲν Ἠὼς] *Homero* familiare hoc

Conviviisque atque Mensis,
Et præcipuè Dionysiacis solennitatibus.
Quid enim absque Rosâ fiat?
Roseis digitis quidem Aurora,
Roseisque cubitis Nymphæ,
Roseâque cute Venus
A Doctis *Poetis* vocatur.
Hæc etiam Ægrotantibus opitulatur;

Hæc

hoc Epitheton, quem libentèr *Anacreon* sequitur. Ille & Ἥρη ῥοδοπήχυς vocat, *Hymn.* xxx v. 6 ut & *Theocritus*, Idyl. 2. 148. Et *Hesiodus* Nymphas *Eunicen*, *Oceani* filiam, *Theogon.* v. 247. ut *Anacreon* versu sequenti.

858. Ῥοδοπήχεις ὄ Νύμφαι] Vid. ad v. 857. *Nonnus* Nymphas ῥοδεόσας vocat.

859. Ῥοδόχρως ὄ Κύπρογενὴς] Κύπρογενὴς pro νὴ Ἀφροδίτη, ut v. 389. Quòd Rosea sit *Venus*, & quòd *Veneri* dicata sit Rosa, diximus ad v 76. & 841. *Nonno* etiam ῥοδόχρως & ῥοδεόσσα audiit, & *Antholog.* l. IV. fol. 374. —— Ἄνθεα πολλὰ Εἰσὶ θεῶν; Ἥρης δὲ ῥόδα Πειθοῦς.

860. Παρὰ τῶν σοφῶν καλεῖται] Vid. suprà ad v. 853. & infrà ad v. 994. *Quintilian.* l. 1. c. 10. Quis ignorat, Musicam tantum jam antiquis illis temporibus, non studii, verùm etiam venerationis, habuisse; ut iidem *Musici* & *Vates* & *Sapientes* judicarentur? Vid. Schol. ad *Homeri* Odyss. γ'. v. 267. & quid Nos in locum, ex *Athenæo* & aliis. Quin Poeta noster ab ipso *Socrate* vocatur ὁ σοφὸς Ἀνακρέων, ut in illius *Vita* dicimus.

861. Τόδε δὲ νοσοῦσιν ὄφελος] Et *Folia* Rosarum *Capiti* applicata & *Succus* & *Infusio* & *Decoctio*, *Syrupus*, & *Oleum* Rosarum, apud *Botanistas* & *Medicos* laudantur, Vid. *Dioscoriden*, *Galenum*, *Borellum*,

Τόδε χὴ νεκροῖς ἀμύνῃ·
Τόδε χὴ χρόνον βιᾶται.
Χαρίεν ῥόδων ὂ γῆρας
Νεότητ' ἔοικεν ὀδμήν.
Φέρε δή, φυὴν λέγωμεν·
Χαροπῆς ὅτ' ἐκ θαλάσσης
Δερόπωμόν Κυθήρην
Ἐλόχμιον Πόντος ἀφρῷ,
Πολεμόκλονόν τ' Ἀθήνην
Κορυφῆς ἐδείκνυς Ζεύς,
Φοβερὰν θέαν Ὀλύμπῳ·

Τότε

Riverium, Heurnium, Robert. Lovel. & *Pharmocopæos*, quibus adde *Caroli Paſch.* de Coronis l. 3. c. 7. p. 160.

862. Τόδε χὴ νεκροῖς ἀμύνει] Hìc Poeta apertè alludit ad *Roſeum* illud Unguentum, quo *Venus Hectoris* cadaver ſincerum & integrum conſervavit, ut ſuprà oſtendimus ad v. 841. Tangit etiam τὰς ἐν ταφαῖς στεφάνους. De quibus *Joh. Kirchman* de Funeribus *Romanor.* l. 1. c. 11. Vid. *Euripid.* Phœniſſ. v. 1626. & *Troad.* v. 1247.

863. Τόδε χὴ χρόνον βιᾶται] Evidentèr alluſum ad nobile illud *Sapphûs* νόημα, ſuprà memoratum ad v. 846. ut nempè Muſarum Roſeæ Corollæ intelligantur, quæ Immortalitati conſecrant. Et ſanè ſequentia verba ſunt ἐξηγητικὰ priorum, Χαρίεν ῥόδων ὂ γῆρας Νεότητ' ἔοικεν ὀδμήν. Vid. ad v. 880.

864. Χαρίεν ῥόδων ὂ γῆρας] Notiſſimum eſt Roſarum etiam Caput mortuum Odoriferum.

866. Φέρε δή, φυὴν λέγωμεν] Plerique alii Codices φέρε δή, at *Baxterus*, φέρε ὄ, malè. Ità Ἄγε δή, v. 915. undè *Agedum* Latinorum.

867. Χα-

Hæc vel Mortuis auxiliatur:
Hæc & Tempus vi-vincit:
Gratioſa enim Roſarum ſenectus
Juventutis *ſuæ* retinet odorem.
Agedum, Originem *illius* dicamus:
Placido quandò ex Mari
Rore-conſperſam Venerem
Parturiebat Pontus è ſpumâ,
Bellicrepámque Minervam
E Vertice ſuo oſtendebat Jupiter,
Formidandum ſpectaculum Olympo;
Tunc

867. Χαρᾶπῆς ὅτ' ἐκ θαλάσσης] De *Veneris* Ortu ex Mari, Vid. in Proœmio Ode LI. & v. 784.

868. Δεδροσωμένῳ——ἀφρῷ] Undè, ut volunt *Græci*, Nomen Ἀφροδίτη, licet *Euripides* ad ἀφρογενὴς referat *Troad* 990.

871. Κορυφῆς ἐδείκνυε Ζεύς] ℞ Κορυφῆς ἔδειξεν ὁ Ζεύς. Hoc teſtatur *H. Steph.* & ità ſanè *Vatican.* MS. in quo Verſiculus alter, quem omninò addendum duxi, ut mox videbis.

872. Φοβερὴν θέαν Ὀλύμπῳ] Hunc Verſum primus ego *Anacreonti* reſtituo ex *Vaticano* MS. ſumptum. Atque ità ſenſus plenior & locus elegantior & periodus rotundior, tribus utrinque Verſibus, hinc *Veneri*, illinc *Minervæ* datis. Ob *Doriſmi* verò ſpeciem Nemo dubitet; Voces enim in δα, θα, ρα & α purum, deſinentes, faciunt ας & αν, ſine *Doriſmi* ſuſpicione. Ità *Herodotus* ipſe θέας in *Genitivo*, non θέης dixit, quod tamen in Reſolutione *Ionicâ* minimè facit, ut in ηίη pro εἰα. Confer *Homer.* Hymn. in *Minervam* XXVII. v. 4. Τρισσοθέην, τὴν αὐτὸς ἐγείνατο μητίετα Ζεὺς Σεμνῆς ἐκ κεφαλῆς, πολεμήϊα πύκα ἔχουσαν, Χρύσεα, παμφαάουσα· σέβας δ' ἔχεν εἰσορόωντας Ἀθανάτους. Et hæc hujus loci Imitatio

Τότε χ' ῥόδων ἀγητῶν
Νέον ἔρνος ἤνθισε Χθὼν
Πολυδαίδαλον λόχευμα.
Μαχαίρων θεῶν δ' ὅμιλος,
Ῥόδον ὡς γένοιτο, Νέκταρ
Ἐπιπήξας, ἀνέπιλεν
Ἀγέρωχον ἐξ ἀκάνθης
Φυτὸν ἄμβροτον Λυαίου.

Εἰς ἑαυτὸν, νδ'.

Ὅτ' ἐγὼ νέων ὅμιλον
Ἔσορῶ, πάρεστιν ἥβη·
Τότε δή, τότ' ἐς χορεύω
Ὁ γέρων ἐγὼ πλεῴμαι.

Poe-

tio ab *Anacreonte* facta. Argumentum mihi fit non leve pro hujus certè *Hymni* Authoritate & Antiquitate, cùm *Anacreon* ut *Onomacrito* & *Cynetho* senior.

874. Νέον ἔρνος ἤνθισε χθὼν] Malè & hìc *Baxteri* Editio ἤνθισε legit, *Verſui*, *Senſuique* malè conſulens, licet in omnibus aliis ἤνθισε legeretur & *Dinnerus* quoque & *Paſchalius* hanc Lectionem agnoſcant.

878. Ἐπιπήξας ἀνέπιλεν] *Ionicus à minore* ἐλάσσονος, de quo ad v. 681. & 817. Quòd Nectaris infuſu *Roſa* primùm humi adrubuit, oſtendit *Benedictus Curtius*, Hortorum l. 30. c. 23. ut notamus ad *Euripid.* Cyclop. v. 556. Licet *Aphthonius* ex *Veneris* ipſius ſanguine colorem illum amabilem deducat. Vid. Angeli *Politiani* Miſcellan. c. xi. ubi de *Roſâ* nonnulla lectu jucunda.

880. Φυτὸν.

Tunc etiam Roſarum ſuſpiciendarum
Novam ſtirpem mirificè-ornavit Tellus,
Operoſum admodùm Partum.
Beatorum verò Deorum Concilium,
Roſa quò fieret, Nectar
Intingens, oriri-fecit
Magnificam *illam* ex ſpinâ
Plantam immortalem Lyæi.

54. De ſeipſo.

Quandò ego Juvenum cætum
Cerno, adeſt mihi quoque Juventus:
Tunc nempe, tunc ad Choréam
Vetulus ille ego alacris-fio *& quaſi alatus.*

Expe-

880. Φυτὸν ἄμβροτον Λυαίου] *Bacchi, Veneris & Muſarum* florem probamus Roſam ad v. 76. Ἀμβροσίην vocat, vel quòd à Nectare ortum habuit, vel quòd Immortalitatis ſit Symbolum, & nè mortua quidem moriatur tota, ſed χρόνον βιᾶται, ut v. 863. ut *Theocrit.* Idyll. 27. v. 9. —— κῆ ἐ ῥόδον αὖον ὀλεῖται.

Ode LIV.

Hæc *Ode* ejuſdem adhuc Generis, nempe quale illud *Tertia* Odæ; excepto quòd & hìc bis térve occurrat *Ionicus ἀπ' ἐλάσσονος, Dimeter, Catalectus*; de quo ſuprà ad v. 878.

881. Ὅτ' ἐγὼ νέων ὄμιλον] Olim νέοις.

882. Ἐσορῶ, πάρεισιν ἤδη] Olim ἦκε, at *Henric. Steph.* ἤδη hìc, ut ſuprà, νέων, pro νέοις, cujus Emendationi favent, qui ſapiunt. Confer v. 752. Τείχας γέρων μὴ ἴσθι. κ. λ.

885. Περὶ-

Περίμενόν με, Κυβήβα,
Ῥόδα δός, θέλω στέφεσθαι·
Πολιὸν ἢ γῆρας ἦκας
Νέος ἐν νέοις χορεύσω.
Διονυσίης δέ μοί τις
Φερέτω δῶρον ὀπώρης,
Ἵν' ἴδῃ γέροντα ἀλκήν,
Δεδαηκότος μὴ εἰπεῖν,
Δεδαηκότος ἢ πιεῖν,
Χαλέντως ἢ μανῆναι.

Εἰς

885. Περίμενόν με, Κυβήβα] Versus *Ionicus à minore*, de quo diximus Initio hujus Odæ. *Cubeba* autem hìc sonat *Vetulam* quandam Ministram, à Deorum Matre ejusdem Nominis ità dictam, vel ipsam fortè Deam; quasi ad *Corybantiasmum* se jam paraturus esset Poeta. Vid. ad v. 207. Γρ. σιμβα, ex filiæ *Fabri* conjecturâ, quam *Longepierre* probat. De quâ voce, vid. ad v. 1137.

886. Ῥόδα δός, θέλω στέφεσθαι] Pro παρόν, quod priùs obtinuit, *Henric. Steph.* ῥόδα δός, legebat, quam Lectionem *Faber* & Filia & *Longepierre*, mecum, probant; *Baxter* improbat haud benè.

887. Πολιὸν ἢ γῆρας ἦκας] *Nemo*, inquit *Baxter*, *mihi Vitio vertat, quòd Adverbium* ἑκὰς, *in Participium* ἧκας *mutaverim* Olim enim ἑκὰς in omnibus. Dico ego, Nullum tale *Participium* dari, certè cum *Circumflexo* in *Penultimâ*; cùm *Participiorum* Aor. α. *Ultima* sit semper *Longa*, ut *Verborum*, Brevis. Dubito tamen, an aliàs *Participium* ἧκας occurrat, licet in secundâ Personâ Aoristi α. ab ἧκα, fiat ἧκας, undè

Expectato me, Cubeba;
Roſas præbe; volo Coronari,
Canámque ſenectutem abjiciens
Juvenis inter Juvenes ſaltabo.
Bacchici itaque mihi aliquis
Afferat donum fructûs;
Ut cernat ſenis vigorem,
Scientis quidem canere,
Scientiſque bibere;
Nec-invenuſtè Inſanire.

55. In

undè ἡκάμιλλα *Med.* Voc. Πολιὸν γῆρας) Ut *Homero* λάϊνον γῆρας & πολιοκρήτιφοι γέρητες, de quâ re Nos infrà ad v. 904. & in Prælection. *Sophocl.* xxx.

890. Φερέτω δῶρον ὀπώρης] Olim ῥοιὰν ἀπ' ὀπώρης, in quo explicando fruſtrà ſudabant multi; & Verſus interea malè ſe habebat, Senſúque nimis latebat, aut nuſquam erat. Nunc, ſi δῶρον, mecum legas, pro ῥοιὰν, & ἀπ' rejicias, omnia erunt in tuto, Διονυσίης δῶρον ὀπώρης, elegans *Periphraſis* Vini, quod *Virgil. Æn.* l. 1. v. 640. *Munera lætitiamque Dei.* Et eſt Verſus *Ionicus* ἀπ' ἐλάσσονος. quales plurimos huic Generi immixtos paſſim reperias, ut v. 885. & mox v. 894.

892. Δεδαηκότος μὲ πιπεῖν] Jejunè hìc *Baxter* de ſimplici *loquelâ*; cùm πιπεῖν dicatur per Μείωσιν, pro ᾄδειν, & ἔπος in illâ voce lateat, pro ᾠδή. Vid. ad v. 961. & v. 1193.

894. Χαριέντως τι μανῆναι] Verſus *Ionicus* ἀπ' ἐλάσσονος, de quo modò ad v. 890. De Voce χαρίεις, quòd ſingularem quandam Doctrinæ excellentiam notet, dicemus ad v. 1192.

ODE

Εἰς τὰς ἐρῶντας ᾠδάριον, νέ.

Ἐν ἰχίοις μοὶ ἵπποι
Πυρὸς χάραγμ' ἔχουσι·
Καὶ Παρθίης τὰς ἄνδρας
Ἐγνώρισεν πάρος·

Ἐγὼ

Ode LV.

Hoc Genus Carminis idem cum illo *Primæ* omnium Odæ. "Odarium, inquit *Faber*, inter tot alia, "quæ Peſſimæ notæ oſtendi, ſpurium eſſe *H. Ste-* "*phanus* putavit. *Suſpicor, νόθον eſſe hoc ᾠδάριον*, in- "quit, neque tamen ullam rationem addidit Ver- "ſus certè ſunt abſolutiſſimi; nec quicquam in iis eſt "contra Helleniſmum. At ego uni o Argumento pro- "babo, quod ille non probavit; *Parthi* ſcilicet, quo- "rum in hoc Odario fit mentio, *Anacreontis* tempo- "re nondum noti erant, quod certiſſimâ Veteris Hi- "ſtoriæ fide nititur. *Hæc ille*, falſus omninò; ut ex Veteri Hiſtoriâ Nos probabimus. *Herodot.* l. 3. c. 93. ubi Nationes varias numerat, quæ ſub *Dario Hiſta-ſpis* filio tributa pendebant, ait, Πάρθοι δὲ καὶ Χορασμιοι, Σόγδοι τε καὶ Ἄρειοι τρηκόσια τάλαντα. *Darius* autem *Anacreontis* medio tempore floruit. Quin ipſius *Fabri* filia fatetur, *Parthos* ab ipſo *Cyro* nomine illo donatos.

895. Ἐν ἰχίοις μοὶ ἵπποι Πυρὸς χάραγμ' ἔχουσι] Δηλονότι, ἔγκαυστον χάραγμα. De *Coppatiâ* Equo & *Samphorâ*, Scholiaſt. *Ariſtoph.* ad Νεφέλ. v. 22. fol. 59. & 88. *Luciano* Καππαδόκαι & Κιλικιάδα, *Straboni* fol. 215. Λυκαόνιοι vocantur, Lupi nempè ſigno ἐγκεκαυσμένοι. Legendus *Voſſius* in opere majori de *Grammaticâ Latinâ*. *Servius*, &c. in illud *Virgilii* Georg. l. 1. v. 263. *Aut pecori ſignum*; & *Scaliger*

55. In Amatores, Odarium.

In Clunibus quidem Equi
Inuſtum-igne ſignum gerunt;
Et Parthos quivis viros
Agnoſcat ex Tiaris:

Ego

Scaliger in eundem locum & in Animadverſionibus *Euſebianis*; *Faber* quoque & Filia in hunc locum.

896. Πυρὸς χάραγμ' ἔχουσι] Rectè χάραγμα, de inuſtâ equis notâ; nam Inſtrumentum, quo hæc ſigna Equorum *Armis* vel Coxendicibus inuruntur, χαραχτὴς propriè dicitur tam *Græcis*, quàm *Latinis*; item τρύσιππον & τρυσίππιον *Græcis*; *Anglicè*, *A BRANDING IRON*. Verbum, *Signare* & *Dignorare*, ſi *Feſto* fides. *Plin.* l. 8. c. 42. *Bucephalon* ——vocârunt, ſive ab aſpectu torvo, ſive ab *inſigni* taurini *Capitis*, *Armo impreſſi*.

897. Καὶ Παρθίους τοὺς ἄνδρας] Πάρθοι, Πάρθιοι & Παρθυαῖοι, Nomen Gentis; & Παρθία, Παρθυαία & Παρθυήνη, Nomen Regionis, teſte *Stephano Byzantino*. Cum hoc Populo magna interceſſit Convenientia *Medis* & *Perſis*, & ſemper ferè cum iis apud Authores junguntur, ut *Act.* 2. v. 9. Πάρθοι, καὶ Μῆδοι, καὶ Ἐλαμῖται, τετέσι Πέρσαι. *Strabo* l. 15. Διὰ τοῦτο ἓν τὸ ἔθνη τὰ Περσικὰ τάττεις (τοῖς Παρθυαίοις) καὶ Μήδοις τὰ αὐτὰ ἢ ἄλλοις τοιούτοις. *Dion Caſſius* l. 40. in rebus *Craſſi*, accuratè de iis exponit. *Dionyſ.* περιηγ. v. 1039. Ἀλλ' ἤτοι πυλέων μὲν ὑπαὶ πόδες Κασπιάων Πάρθοι ναιετάουσιν ἀρηΐοι, ἀγκυλότοξοι. In quem locum videſis *Euſtathium*.

898. Ἐγκώμιον πάσχεις] Τιάρα ὁ, Κίδαρις ἡ. & Κυρβασία, *idem*; De quibus vocibus videſis *Briſſonium* de Regum *Perſicorum* Principatu, *Burtoni* Linguæ Perſicæ Reliquias, *Heſych. Suid.* &c. *Virgil.* Æn. l. 7. v. 247. ——*ſacérque Tiaras.* *Servius* in locum,

Ἐγὼ δὴ τὰς ἐρωτᾶς
Ἰδὼν ἐπίσαμ' αὐτύς·
Ἔχουσι γάρ τι λεπτὸν
Ψυχῆς ἔσω χάραγμα.

Εἰς τὸ γῆρας, νϛ'.

Πολιοὶ μὲν ἡμῖν ἤδη
Κρόταφοι, χάρη δὲ λευκόν·
Χαλίεσσα δ' οὐκ ἔτ' Ἥβη
Πάρα· γηραλέοι δ' ὀδόντες·

Γλυκερῶ

cum, Pileus est, quo *Phryges* utuntur, cùm celebrant Sacra. Vid. *Bayfium* c. 20. De re Vestimentariâ. *Parthis* verò, *Medis*, *Persis* & *Phrygibus*, atque proindè totius *Asiæ* populis, in usu erat hoc Genus Pilei; quod hodienum *Turban* dicitur.

902. Ψυχῆς ἔσω χαράγματα] Tale illud *Anthолog.* l. 7. fol. 471. ——ἀλλ' ἐν φίλτρων Ἥβη τις καρδίη γνωτὸς ἔνεστι τύπος, ut *Longepierre* notat, qui rectè observat, *In Amore* quicquid intùs & in Corde geritur, facilè foràs cernitur; quod *Fabri* Filia minimè advertens Poetam minùs cepit. Vid. ad v. 980. Atque ità quicquid *Anacreontis* ad manus nostras salvum & integrum pervenerit, absolvimus; nunc ad ejusdem *Fragmenta* devenimus, quæ partim alii, partim, & ea quidem longè plura, Nos ipsi collegimus; at omnia puriùs, tersiúsque & ordinatiùs Nos nunc primùm Orbi literato offerimus.

ODE LVI.

Hæc *Ode Henrico Stephano* debet, quòd primò sit suo Authori addita. Extat verò apud *Stobæum*, λόγῳ 117. fol. 599. sub *Anacreontis* nomine, & est quidem illo dignissima. Donatur à *Grotio* eleganti Carmine

Ego autem Amatores
Conſpicatus *ſemel*, novi ſtatim :
Gerunt enim neſcio quam tenuem,
Intra Animam, inuſtam notulam.

56. De ſenectute ſuâ.

Cana quidem nobis jamjam
Tempora, Caputque album :
Gratáque non ampliùs Juventus
Adeſt, vetuliſque ſunt Dentes ;

Jucun-

Carmine *Latino*, in ſuis *Stobæi* Excerptis, fol. 486. Genus autem Verſûs ad *Tertiam* Oden pertinet.

903. Πολιοὶ μὲ ἤδη] Pro ἡμῖν, vel ἡμὶν, Verſûs causâ, ſcribo ἤμιν, ut *Homero* plus ſemel factum video, quoties nempè ultima ſyllaba [illegible] ripienda, Ex. g. *Odyſſ.* ὑ. v. 272. Τηλεμάχῳ μάλα μ' ἤμιν ἀπειλήσας ἀγορεύει. Vid. infrà ad v. 915.

904. Κοδ'ἄθοι· κάρη ἢ λευκὸν] *Homerus* priùs vocaverat γέροντας πολιοκροτάφους, *Iliad.* θ. v. 518. quoniam ut *Theocritus* Idyll. xiv. v. 68. ——ἀλλὰ κροτάφων πλόκιεσθα Πάντες γηραλέοι, κἠπιχρεὼ ἐς γένυν ἕρπει Λευκαίνων ὁ χρόνος, ——*primò nam Nos caneſcimus omnes Temporibus; tum deindè tremens ad Menta Genáſque Proſerpit ſenium.* Et hoc *Alexander Aphrodiſienſis* ideò fieri vult, *quòd Anteriora Capitis Humido, & Phlegmate magis abundent, quàm Poſteriora.* Ibid. Κάρη ἢ λευκὸν) Olim κάρφα, verùm ego κάρη lego, ut *Homer.* Iliad. χ'. v. 74. & ὠ. v. 516. ——πολιόν τε κάρη, πολιόν τε γένειον, ultima enim ἢ κάρφα brevis, quod notandum. Fit autem κάρη per *Apocopen* pro κάρηνον.

906. Πάρφα γηραλέοι δ' ὀδόντες] Πάρφα, pro πάρεσι, quod etiam *Accentu* dignoſcitur. Γηραλέοι patitur *συνίζησιν* in *Scanſione*.

Γλυκερῶ δ' οὐκ ἔτι πολλὸς
Βιότου χρόνος λέλειπται.
Διὰ ταῦτ' ἀναταλύζω
Θαμά, Τάρταρον δεδοικώς·
Ἀΐδεω γάρ ἐστι δεινὸς
Μυχός· ἀργαλέη δ' ἐς αὐτὸν
Κάθοδος· ἡ γὰρ ἔτοιμον
Καταβάντι μὴ ἀναβῆναι.

Ὅτι

907. Γλυκερῶ δ' οὐκ ἔτι πολλὸς] Versus *Ionicus* ἀπ' ἐλάσσονος, ut mox v. 913. de quo Genere ad v. 894. &c.

909. Διὰ ταῦτ' ἀναταλύζω] Hoc Verbum, cùm nullibi aliàs videtur occurrere, olim ferè suspectum omnibus. Quarè pro eo *Grotius*, in excerptis *Stobæi* p. 487. legit, ἄλαστα λύζω, ut *Scaliger*, quoque & *Spanheim.* in *Callimach.* p. 460. *Baxter* haud æquè felicitèr Literarum vestigia secutus, ἀναστενάζω. Verum nihil ego muto; nam *Hesychii* νεοσάλυγες, non nisi ad σαλύζω referendum, vel fortè ἀσαλύζω, nam eidem *Hesychio* ἀσυλάζει (l. ἀσαλύζει) λυπεῖ, μετὰ κλαυθμοῦ.

912. Μυχὸς· ἀργαλέη δ' ἐς αὐτὸν] Ἀργαλέη, ut v. 906. χαλεποί, patitur συνίζησιν, quali ὀργαλῆ scribe-

Jucundæque adeò non adhuc multum
Vitæ tempus reliquum-eſt.
Propter hæc infandùm lugeo
Continuò, Tartarum formidans;
Plutonis enim horrendus eſt
Specus; & moleſtus in eundem
Deſcenſus: ſiquidem paratum *eſt*
Deſcendenti *ſemel* non iterum-aſcendere.

57. Quòd

ſcriberetur, τρισυλλάβως, de quâ re Nos ſæpé.

913. Κάθοδος· χὴ γὰρ ἐπίμοχθος] Verſus *Ionicus* ἀπ' ἐλάσσονος, ut ſuprà v. 907. Lectio autem rectè ſe habet (etiamſi *Faber* quovis pignore contrà contendat) ut ſit ſenſus, Καὶ γὰρ ἔπιμοχθον τὸ ἄπαξ καταβάντα μὴ πολλὰ αὖθις ἀναβῆναι. Juxta illud *Virgilii* Æn. l. VI. v. 126 ——*Facilis deſcenſus Averni, Sed revocare gradum, ſuperaſque evadere ad auras, Hoc opus, hic labor eſt.* *Fabrum* impugnat ipſa ſagacior Filia. Vid. *Tho. Stanlei* ad *Æſchyl.* Perſ. v. 690.

914. Καταβάντα μὴ 'ναβῆναι] Per *Apharesin* pro μὴ ἀναβῆναι, ut v. 325. Τὰ μέτωπά μου πτυχίει, & v. 1138. Ἐκ ποταμοῦ πανέχθρου. Eſt autem & hic Verſus *Ionicus* ἀπ' ἐλάσσονος. Poteſt etiam legi, μὴ ἀναβῆναι, nam & ἀ. in ſcanſione *Latinorum more* tolli poteſt, licet in ſcriptione maneat, & *Tribrachys* in Tertio loco ferri benè poteſt.

Ὅπι πίνειν δεῖ μετρίως, νζ'.

Ἄγε δή, φέρ' ἡμῖν, ὦ παῖ, 915
Κελέβιον, ὅπως ἄμυσιν
Προπίω· τὰ μὲν δέκ' ἔγχει
Ὑδατος, τὰ πέντε δ' οἴνου
Κυάθους· ὑβριστὰς δὲ
Φρένα

Ode LVII.

Hæc *Ode* ejuſdem Generis cum Præcedenti, de quo Genere diximus ad *Tertiam*. Collegit autem *Henr. Stephanus* & extat apud *Athenæ.* l. x. fol. 427. & aliquâ ex parte fol. 475. At nullibi quidem ſatis plena, ut hactenùs viſum, certè non emendata. *Caſaubonus* emendare tentavit, at non ſatis felicitèr, ut alia certè quamplura. *Pleniorem* ſanè, ſiquid abeſt, Nos facere minimè valemus, ob *Exemplarium* defectum (hic enim & deinceps exceptâ Odâ LXV. LXVI. à *Vaticano* MS. prorſus deſtituimur) *Emendatiorem* verò, quoad Senſum & Numeros, id quidem fidelitèr & pro viribus tentabimus. *Euſtathius* fol. 1476. lin. 29. priorem partem hujus Fragmenti laudat, uſque ad κυάθους, verùm ut ex *Athenæo* fol. 475. atque proindè nihilo ferè emendatius ipſo Fonte. *Anacreontis* autem Sobrietas vel ex unico hoc loco defendi poteſt.

915. Ἄγε δή, φέρ' ἡμῖν, ὦ παῖ] Vid. ad v. 866. ubi Φέρε δή. Lego & hìc ἡμῖν, Verſûs causâ, ut ſuprà ad v. 903. nec ſine magno Exemplo, ut ex *Homero* ibidem oſtendimus.

916. Κελέβιον, ὅπως Ἄμυσιν] Κελέβη, ποτήριον ξύλινον, κυλικιῶδες· Εὐφορίων ἐν Ποτηριογλύπτῃ, Ὅσσις ἐμὴν κελέβην Ἀλυβηΐδα μοῦνον ἀπηύρα. Scholiaſtes *Theocriti* in illud, *Idyll.* 2. v. 2. Σπεῖσον τὰν κελέβαν φοινικέαν.

57. Quòd moderatè bibendum.

Agedum, affer nobis, ô Puer, 915
Poculum, ut plenum hauſtum
Propinem: Partim decem in funde
Aquæ, & partim quinque Vini
Cyathos: Petulantem

Animum

φοινικέῳ οἰὸς ἀώτῳ. Ipſe mox *Anacreon* v. 1124. Τελσικύαθον τλὼ κελέβλω. Ἄδηλον, ὂ ποῖον εἶδός ἐστι ποτηρίου, ἢ εἰ πᾶν ποτήριον. Κελέβη καλεῖ δὲ καὶ χεῖν εἰς αὐτὸ τλὼ λοιβήν. *Athenæ.* ex *Caſaubonî* emendatione. *Ibid.* Ὅπως) *Athenæ.* ὄχως, idque magis *Ionicè*. Ibid. Ἀμυσιν) Facit & ἀμύσιδα, ut *Horat.* l. 1. Od. 36. *Threïciam* vocat *Amyſtida*. Quid ſit *Amyſtis*, diximus ad *Euripid.* Rheſ. v. 419. & ſuprà v. 320.

917. Πεμπίω. τὰ μὲ δέκ' ἔγχει] Ità Rectè *Euſtathius*, loco ſuprà-laudato, ubi δέκ' legit, non δύ', ut *Athenæus*. Δέκα enim ὕδατος μίξει meliùs reſpondent τοῖς πέντε οἴνου, quàm δύο. Quòd ἐγχέας uterque legat, ſciendum, illos *Senſum*, non *Metrum*, attendiſſe. Cave tamen, nè τὰ μὲ & τὰ ὃ, ad τὸ κυάθους referri putes; *Adverbialitèr* potiùs ſumas, ut v. 428. ut ſit Ordo, Ἔγχει τὰ μὲ, Κυάθους ὕδατος δέκα, τὰ ὃ κυάθους οἴνου πέντε. *Varia* autem apud Veteres erat *Mixtura*, neque eadem ſemper κρᾶσις. Hæc enim proportio *Menandri*, Τρεῖς ὕδατος, οἴνου δ' ἓν μόνον. *Alexis* in *Tethye*, ἕνα κὴ πεντάκρας. Proverbium apud *Athenæ.* fol. 107. Ἢ πέντε πίνειν, ἢ τρεῖς, ἢ μὴ πίνειν. *Homerus* de Vino *Maroniano* ſive *Pramnio*, Odyſſ. ι. v. 209. Ἓν δέπας ἐμιῶλήσας, ὕδατος ἀνὰ εἴκοσι μέτρα. Et ſic variebatur Proportio, conſideratione *Vini*, aut *Perſonarum*, *Temporis*, aut *Loci*, *Reique* & *Occaſionis*, habitâ, uti fieri ſolet.

919. Κυάθους· ὑβρισιῶσαν] *Theodor. Marcil.* in *Horat.*

Φρένα δεῦε Βασσάρῃσιν.
Ἄγε δῶτε· μηκέθ' ὕπω,
Πατάγῳ τε καλαλῇῳ,
Σκυθικὴν πόσιν παρ' οἴνῳ
Μελετῶμεν· ἀλλὰ καλοῖς
Ὑποπινόμεθ' ἐν ὕμνοις.

Εἰς

rat. ità legit, quod omninò retinendum; Olim κυάθους ὡς ἂν ὑβρισιῶσιν. Ubi apparet, ὡς ἂν, ex ultimis duabus ſyllabis Ƒ ὑβρισιῶσιν malè ortum; quare deleo.

920. Φρένα δεῦε Βασσάρῃσιν] In omnibus Exemplaribus olim ἀναδυβασσαρήσω, aut ἀναδεύων βασσαρήσω. At *Theodor. Marcil.* φρένα δεύων, quod ob Verſum, in φρένα δεῦε muto; quomodò *Alcæus*, Τέγξε πνεύμονας οἴνῳ dixerat. Mirorque Nemini antehàc id viſum. Vetus Lectio βασσαρήσω, ſi talis Vox daretur & proba eſſet, ſonaret τὸ Βασσαρέα πίνω, ut *Horat.* ——*non ego te, candide Baſſareu, Invitum quatiam.* Quoniam verò iſtiuſmodi Vox, quam vix alibi reperias, ſenſui obſtaret (nam ex moderatâ Mixturâ & hujus Odæ concluſione patet, Poetam in Bibendo Moderationem nunc poſcere) lego Βασσάρῃσιν. Βασσάρα autem & Βασσαρὶς, ut mox v. 1252. Βάκχαι, Μιμαλλὼν, Λήναι, Θυιάδες Βασσαρεὶς) Βάκχες. Ab *Hebræo* בָּסַר, Βάσσαρ, ἐπέβησεν, ut Βασσαρεὶς reſpondeat τῷ Περιπεύγῃ Βάκχῳ, *Ælian.* Var. Hiſtor. l. 3. c. 41. quod tamen *Perizonium* diligentiſſimum alioquin Commentatorem latuit. Sequitur Lacuna, ut omnibus hactenùs viſum; verùm nullus eſt Defectus. Nam *Athenæus*, loco citato, cum hoc verſu Canticum abrumpit, & paucis interjectis ità demùm progreditur, Καὶ ὁ περιελθὼν τὴν ἀκροτοπόσιαν, Σκυθικὴν καλεῖ πόσιν, Ἄγε δῶτε κ. λ. & ſic totum Canticum abſolvit: Vox enim ὁ περιελθὼν

Animum irrigato *profeſſis* Bacchi-cultri-
cibus.
Age igitur, date: Neque ampliùs hoc-
modo,
Strepituque & clamore,
Scythicum bibendi-morem in Vino
Affectemus; verùm honeſtos
Moderatè-bibamus inter Hymnos.

58. In

ιλήων nihil evincit de Omiſſione aliquâ, nec aliud hìc ſonat, præter, *quod ſequitur*; quare Carmen, ut unicum, lego & continuandum ſtatuo.

921. Ἄγε δῶπ, μηκέθ' ἕτω] Δίδωθι, *Homer.* Odyſſ. γ'. v. 380. pro δίδοθι, & δῶθι eodem modo, pro δός, vel δὸς, *Poeticè*. Vid. *Euſtath.* fol. 1418. lin. 5. Citat, & hunc locum, poſt *Athenæum*, *C. Barthius* in *Adverſar.*

922. Παῤῥίγω τι κᾰ́λαληπ᾽] Κᾰ́λαληπ᾽, juxta meliores Codices ſcribendum, ut Prior ſyllaba producatur; quod Lex Verſûs poſtulat. Huc refer *Horat.* Carm. l. 1. Od. 27. *Natis in uſum lætitiæ ſcyphis Pugnare Thracum eſt; tollite Barbarum Morem* &c. Vid. *Longepierre.*

923. Σκυθικὴν πόσιν] Ἀκρατοποσίαν, ut ad v. 920.

925. Ὑποπινόμεθ' ἐν ὕμνοις] Ità lego pro ὑποπίνοντες, Senſu poſtulante, & eſt Ὀξυτικὸν, ἀντὶ Ὑποβαπτικοῦ. Et hìc ὑποπίνω, *ſubbibo*, Voce *Plautinâ* & *Suetonianâ*; hoc eſt, Parcè & ex intervallis, *frequentèr* & *parùm* Bibo. Aliàs ea Vox *Largiùs-bibo* ſignificat, ut *Buſbeio* & aliis viſum. Ὕμνοις) Hìc pro *Scoliis*, σκολίοις, aut *Pæanibus*, Vox ὕμνος uſurpatur, ut aliquandò latiùs pro quovis *Carmine*, undè ὑμνοπόλος, ſimplicitèr & abſolutè pro Poeta. De hâc re multi *Grammatici* & *Lexicographi*, quorum omnem Penum ferè exhauſit *Cælius Rhodiginus*, Antiq. Lection. l. 7. c. 5.

ODE

Εἰς Ἔρωτα, νή.

Τὸν Ἔρωτα γὰρ τὸν ἀβρὸν
Μέλπομαι, βρύοντα μίτραις
Πολυανθέμοις, ἀείδων·
Ὅδε χὴ θεῶν δυνάστης,
Ὅδε χὴ βροτοὺς δαμάζει. 930

Ἀνακρεόντειον, νθ'.

Στέφος πλέκων πόθ' εὗρον
Ἐν τοῖς ῥόδοις Ἔρωτα,

Καὶ

Ode LVIII.

Carminis Genus idem cum Præcedenti. Et hæc *Ode*, ſive potius *Oda* Fragmentum, Extat apud *Clement. Alexandrin.* Strom. l. VI. & apud *Arſenium* in Collectaneis *Græcis*.

926. Τὸν Ἔρωτα γὰρ τὸν ἀβρὸν] Τὸν in Verſus Principio addo ego ad Metrum ſupplendum.

927. Μέλπομαι βρύοντα μίτραις] *Amphimacer*, loco *Anapæſti*, non nunc primùm ponitur; factum & aliàs noto, ad v. 87. 839. 853. & Exemplo *Homeri* defendo. De voce βρύοντα, vid. ad v. 96. & v. 577. Μίτραις) An quia παρθένιαι μίτραι, quæ ſolvuntur à Maritis, *Cupidini* dicantur? *Veneri* certè dicari ſolitæ, ut *Callimachus*, loco ſuprà laudato, ad v. 315. & *Theocrit.* Idyll. κζ'. v. 54. Φεῦ, φεῦ· καὶ τὰν μίτραν ἀπέχισες· ἐς πόθ' ἅλυσας; Τᾷ Παφίᾳ πρώτιστον ἐγὼ τόδε δῶρον ὀπάζω. An ſimplicitèr pro στέφανοι, *Corollæ*, quales *Amatores* & *Ebrii* geſtare ſolebant, variis floribus intextas. Vid. *Martinii* Lexicon in v. *Mitra*.

929. Ὅ γ' ὢν καὶ θεῶν δυνάστης] *Clemens Alexandrinus*,

58. In Amorem.

Amorem etenim delicatulum
Cano, abundantem corollis
Floridulis celebrans:
Hic nempè & Deorum Imperator *eſt*,
Hic & mortales domat.

59. Anacreonticum,

Corollam nectens aliquandò reperi
Inter Roſas Amorem,

Penniſque

nus, loco ſuprà-laudato, teſtatur; Hinc *Euripidem* ſibi hauſiſſe illud, Edit. noſtræ *Euripid.* Phædra v:1. Ἔρως γὰρ ἄνδρας ἃ μόνους ἐπέρχεται, Οὐδ' αὖ γυναῖκας. ἀλλὰ χὴ θεῶν ἄνω Ψυχὰς παρέσεισε, κἀπὶ πόντον ἔρχεται.

930. Ὁ δ' βροτὸς δαμάζει] Potuit quidem Poeta, ad θεῶν δυνάσης, addere etiam βροτῶν δαμάσης, nec ineptè; aſt aliud viſum, ut *Græcæ* Linguæ Copia *magis* appareat, & *Syntaxeos* Varietas magis capiat.

Ode LIX.

Carminis Genus idem cum *Primâ* Odâ. Extat *Antholog.* l. 7. fol. 484. & *Juliano* ἀπὸ τ ἰωάεχων Αἰγυπτίῳ aſcribitur; *quod ſanè indignè fero*, inquit *Baxter*; quaſi *Anacreon* alienis egeret Plumis. Ille quidem *Julianus* plura alia elegantèr ſcripſit, etiam Odarion hoc, ex noſtri Poetæ, ut puto, Imitatione. Quare *Anacreonticum* Pronuntio, *Anacreontis* eſſe, nè poſt *Baxterum* dicere audeo. Locum tamen hìc habere poteſt, ut & *Ode* LXIII. cùm ipſo *Anacreonte* minimè ſit indigna; præſertim quòd jamdiù locum hìc obtinuit, etiam in *Indicem* & Verſuum Numerum incorporatum.

935. Λαβὼν

Καὶ τῶν πλεφῶν καθαχὼν
Ἐβάπτισ' ἐς τὸν οἶνον·
Λαβὼν δ' ἔπινον αὐτόν.
Καὶ νῦν ἔστο μελῶν μοι
Πτεροῖσι χαργαλίζει.

Λιτανεία, ξ'.

Γουνοῦμαί σ', ἐλαφηβόλε,
Ξανθὴ παῖ Διὸς, ἀγρίων
Δέσποιν', Ἄρτεμι, θηρῶν·
Ἵκου νῦν ἐπὶ Λητάου
Δίνησι·

935. Λαβὼν δ' ἔπινον αὐτόν] χρ. ἔπιον, & illius Vocis *Mediam* ſyllabam aliquandò produci poſſe non diffiteor, etiam probo demonſtróque ad *Homer.* Odyſſ. κ'. v. 160. & in his Notulis ad v. 824. Quomodò *Anthолog.* fol. 172. Πίομαι, ὦ Λήναιε, πολὺ τωλέον, ἢ πὶς Κύκλωψ. Legendum tamen hìc ἔπινον cenſeo; nè offendantur Imperitiores.

937. Πτεροῖσι χαργαλίζει] *Ariſtides* dixit, Τὰ ὦτα χαργαλίζειν. Infrà v. 1250. Ἕως ἰαίνει χαργαλίζων στωλάγχνα. Vid. *Heſych.* & *Phavorin.* in v.

Ode LX.

Carminis Genus idem cum Odâ *Triceſimâ*, excepto, quòd inibi Verſus omnes *Spondæo* claudantur, hìc omnes, præter Duos, *Dactylo*. Illi itaque Duo *Pherecratii* dicuntur, ut ad prædictam *Oden* notamus; Reliqui omnes *Glyconii*, qualis *Horatianus* ille, *Feſto quid potiùs die*. Hic *Hymnus* extat apud *Hephaſtionem* Grammaticum p. 69. & 73. Et Tertius ejuſdem Verſus laudatur ab *Euſtathio* fol. 1247. lin. 9. quare Nemo debet ſuſpicari, hunc Hymnum

Anacreon-

Penniſque ſtatim corripiens
Immerſi in Vinum;
Acceptóque *poculo*, illum ebibi.
Atque ità nunc intra Viſcera mea
Pennis ſuis me titillat.

60. Supplicatio.

Supplico te, Cervorum-jaculatrix,
Flava puella Jovis, agreſtium
Hera, Diana, ferarum:
Veni jam ad Lethæi amnis
Vortices

Anacreontis, non eſſe, ob Scholiaſtæ *Pindarici* verba, *Iſthmionic.* Od. 2. v. 1. Ἀνακρέοντα γὰρ ἐρωτηθέντα, φασὶ, λέγει σὸν εἰς θεὸς χεάφειν ὕμνους, ἀλλ' εἰς παῖδας; εἰπεῖν, ὅτι ἕξει ἡμῶν τοὶ εἰσιν. Illius enim Authoritati Magnos hos Grammaticos oppono, & re ipsâ contrarium probo ad v. 144. ad Oden L. LII. LVIII. LXIV. præter hunc locum, & pleniùs in *Authoris Vitâ*.

938. Γενέσθαί σ', Ἐλαφηβόλε] De hoc proprio *Dianæ* Epitheto, vid. *Callimach.* Hymn. *Dian.* v. 262. Μηδ' ἐλαφηβολίην, μηδ' εὐτοχίην ἐρεθαίνειν Ἀρτέμιδι. Item D. *Edvardi Sherbourne* ad *Senecæ* Hippolyt. §. 28. ad illud, de *Dianâ*, *Tua Cretæas ſequitur Cervas Dextra.*

940. Δίσπιν Ἄρηι θηρῶν] Hunc Verſum ex *Anacreonte* laudat *Euſtathius*, ut modò diximus. *Horat.* Sævis inimica Virgo Belluis.

941. Ἵκεο νῦν ἐπὶ Λήθαιο] Λήθαιο *Mediam* hìc corripit, ut ἐπιὴν *Homero*, quod notamus ad v. 147. 282. &c. Ità mox αἴεις, *Priorem* corripit, v. 1074. & Ἀμαλθείας, *Penultimam*, v. 1077. Hic autem Verſus, præter locos prædictos, laudatur *Hephæſti-*

Δίνησι θρεοκαρδίαν
Ἀνδρῶν ἐγκαθέρξα πόλιν
Χαίρουσ'· ἁ γὰρ ἀνημέρους
Ποιμάνεις πολίτας. 945

Πρὸς αὐθάδη παρθένον, ξα'.

Πῶλε Θρηκίη, τί δή με,
Λοξὸν ὄμμασι βλέπουσα,
Νηλεῶς φεύγεις, δοκέεις δέ

M'

oni p. 3. *Letheus* Fluvius juxtà *Magneſiam*, non ità procul ab *Epheſo*. Et videtur Poeta reſpicere ad *Epheſum*, cui tempore illo *Cræſus* gravitèr interminatus eſt, ut oſtendit *Herodotus* l. 1. c. 26. & *Ælian.* Var. Hiſtor. l. 3. c. 26. Licèt alii hanc Interceſſionem pro *Magneſiis* factam à Poetâ putent; quorum Periculum dicunt memorari à *Strabone* l. XII. Eſt autem hìc *Iambus* in *Primâ* ſede *Pherecratii*; ut infrà v. 1077.

942. Δίνησι θρεοκαρδίων] Fruſtrà *Tanaquil Faber* vocem θρεοκαρδίων corruptam aſtruit & θρασυκαρδίων ſubſtituit, etiamſi *Hephæſtionis* ipſius exemplari θρασυκαρδίων legatur; quod ille neſcivit, aut diſſimilavit. Non enim Poetæ erat Intentio, quod ille ſupponit, *Epheſios* laudare, verùm Divæ ſuæ Patronæ Miſericordiæ commendare; quod meliùs facere non potuit, quàm illorum Animos metu dejectos, religioſo timore fractos & humiles, memorando.

Ode LXI.

Carminis Genus *Trochaicum*, *Dimetrum*, *Acatalecticum*, conſtans ex Quatuor *Trochæis*, hoc modo ⏑–|⏑–|⏑–|⏑–. Extat autem apud *Heraclidem Ponticum*, Edition. *Gale*, p. 414.

946. Πῶλε

Vortices: Cordibus-afflictorum
Virorum intuere urbem
Propitia: Non enim inhumanos
Ut Patrona-curas Cives.

61. Ad insolentem Virginem, Allegoria.

Equa Thressa, quid jam me,
Transversùm oculis tuens,
Crudelitèr fugis; existimásque

Me

946. Πῶλε Θρηϊκίη, τί δὴ μὲ] Θρηϊκίη certè scribendum, aut legendum saltem, ut Θρηικίη licèt scribatur *Ionicè*, πειθοῖ δὲ ὡς tamen in scansione effertur, ut v. 948 & v. 1225. Πῶλον, de quovis tenero Animalculo, atque proindè de Puella, usurpari, ἐπὶ πώλου τῆς παρθένοις ἐξεικάζεσθαι notamus ad *Euripid.* Rhes. v. 261. Ità *Horat.* Carmin. l. 1. Od. 23. *Vitas Hinnuleo me similis, Chloe.* Item l. 2. Od. 5. *Nondum subactâ ferre jugum valet Cervice.* Denique Od. 11. *Quæ velut latis equa trima campis Ludit exultim, metuitque tangi, Nuptiarum expers & adhuc protervo Cruda marito.* Vid. *Pierii* Hieroglyph. l. 4. fol. 36. Hanc *Anacreontis* Oden cum *Horatio* conferentis.

947. Λοξὸν ὄμμασι βλέπουσα] Non hìc iis assentior, qui exponunt per *Limis oculis tuens*; quià Virgo jam Vitare, non Invitare, fingitur; aspectu tali, qui alienatum animum ostendat. Ità certè *Polybius*, Λοξὸν πρός τινα ἔχειν, de illo, qui alieno est ergà aliquem animo, & quasi suspectum eum habet, eique fidere non audet. *Anglicè*, TO LOOK SCORNFULLY.

948. Νηλεῶς φεύγεις, δοκέουσ᾽ ἔ;] Mallem primâ facie φύγες legere, ut sit in *Pari* certè loco *Trochæus*; verùm *Spondæus* bis mox in eâdem sede ponitur, ut

Μ' ὐδὲν εἰδέναι σοφόν γε;
Ἴθι τοι, καλῶς μὴν ἄν τοι
Τὸν χαλινὸν ἐμβάλοιμι,
Ἡνίας δ' ἔχων τρέφοιμι
Ἀμφὶ πέρματα δρόμοιο.
Νῦν ὴ λειμωνάς τε βόσκεαι,
Κοὐφά τε σκιρτῶσα παίζεις·
Δίξιον γὰρ ἱπποπείρην
Οὐκ ἔχεις ἐπεμβαλεῖν.

Ἐπι-

v. 954. & 955. quare maneat φεύγεις. At jam δοκίεις, licet per tres ſyllabas ſcribatur, δισυλλάβως tamen efferendum in ſcanſione, per Συνίζησιν, ut ſuprà in ϑρηϊκίη & infrà in βόσκεαι. Vid. etiam ad v. 906. & 912.

949. Μ' ὐδὲν εἰδέναι σοφόν γε] Cùm olim eſſet μηδὲν εἰδέναι σοφὸν, atque ità ſyllabâ unâ deficeret, ex *Heraclidâ Pontico* μ' ὐδὲν emendavi & γε in Verſûs fine addidi. Senſui nempè commodum, *Verſui* neceſſarium: aliàs Μηδὲν εἰδέναι σοφόν με.

953. Ἀμφὶ πέρματα δρόμοιο] Ità pro δρόμου ſcribo, quòd ſit *Ionicum* & Verſui medeatur, aliàs unâ ſyllabâ mulctato. Pro ἱππόδρομος ponitur.

954. Νῦν ὴ λειμωνάς τε βόσκεαι] Ità quidem *Ionicè* ſcribo βόσκεαι, moneo tamen in ſcanſione efferendum δισυλλάβως, quaſi βόσκη eſſet ſcriptum. Vid. ad v. 948. Eſt & hic *Spondæus* in *ſecundo* loco.

955. Κοὐφά τε σκιρτῶσα παίζεις] De *Spondæo* in *Secundo*.

Me nihil ſcire, quod ad Artem attinet?
Scias hoc tu, quod bellè quidem tibi
Frœnum injecerim;
Lora dein retinens verſaverim
Circa metas curriculi.
Nunc verò *tu per* Pratáque paſceris,
Levitérque exultans ludis;
Peritum etenim Equiſonem
Non habes, qui te inſcendat.

62. Epi-

Secundo & *Pari* loco, vid. ad v. 948. Κῦρα pro κύρως, *Atticé*.

956. Δεξιὸν γὰρ ἱπποπιέλω] Peritum Equiſonem, ab ἵππος & πιέζω, nec hæc Vox elegans in *Schrevelii* Lexico reperienda.

957. Οὐκ ἔχεις ἐμβαπύειν] χρ. ἔχῃς (ità enim pro ἔχεις) *Heraclid. Pontic.* at malè; Prima enim hujus Vocis ſyllaba *brevis* eſſe debet, altera *longa*. Pro ἐμβάπτειν autem, cum ſic Verſus unâ ſyllabâ deficeret, ego primus ἐμβαπύειν ſubſtituo. Παλοδαμᾶν *Sophocles* dixit *Ajac.* v. 550. Ἐμβαπύω Vox Authentica, & *Sophocles* Oedip. Colon. v. 670. Ἵν' ὁ Βακχιώτας ἀεὶ Διόνυσος ἐμβαπύει. Βαπύω autem à βαίνω, undè *Latinum* Batuo. *Figura* elegans, & *Syntaxis* etiam, *Infinitivus* nempè pro *Subjunctivo* cum *Præpoſitione*, ut v. 318. Ità *Horat.* l. 1. Od. 23. *Non ego te frangere perſequor*, & *Od.* 26. *Tradam protervis in mare Creticum Portare Ventis.* Vid. ſimilem ἔποιαν ad v. 609. 658. 1037.

Ἐπιθαλάμιος ὕμνος, ξβ'.

Θεάων ἄνασσα, Κύπρι,
Ἵμερε, κρᾶτος χθονίων,
Γάμε, βιότοιο Φύλαξ,
Ὑμέας λόγοις λιγαίνω,
Ὑμέας τίχοις κωδαίνω,
Ἵμερον,

Ode LXII.

Epithalamium Carmen; ſed ut id, quod Verum eſt, fatear, Puto ego *Oden* hanc, ab aliquo alio Factam quidem ad *Anacreontis*, ut ille putabat, Imitationem; at ipſius *Anacreontis* Opus eſſe, parùm credo. Quot enim ferè hìc Verſus, tot Verſuum Genera. *Andreas Schottus* illam Nobis propinavit his Verbis (quanquam *Henricus Stephanus* priùs habuerit in ſua Editione p. 448.) Et in Anonymo quodam hæc reperi, Ἐγὼ δέ τι τὸ Ἀνακρέοντος Μέτρον, ὡς οἶμαι [χρ. * κατὰ συναπτικὸν] * κατὰ συζυγιαστικὸν μέτρον, ἐπετήδευσε τῇ ἑορτῇ, καὶ ἅμα ἔλεγε, θεάων ἄνασσα, κ. λ.

958. Θεάων ἄνασσα Κύπρι] *Andreas Schottus* θεάων rectè; pòſt verò in nonnullis hinc factum θεαίνων, quod nihil eſt, per errorem Typographicum; indè tamen alii θεαινῶν fecêre; quæ Vox ſatis genuina, utpote *Homerica*; at nec minùs θεάων· quare retinendum, cùm illam etiam in Scanſione poſſimus διανλαβῶς metiri; ut ſit *Iambicus, Dimeter, Catalectus*, ad normam *Primæ* omnium Odæ.

959. Ἵμερε, κρᾶτος χθονίων] Ἵμερος & Ἔρως *Veneris* ſatellites, ut notamus ad v. 809 & ex *Heſiodo* probamus. *Horatio* etiam noti; ut l. 1. Od. 2. *ſive tu mavis, Erycina, ridens, Quam* Iocus *circùm volat &* Cupido. Verſus conſtat ex Duobus *Paeonibus* Primis, ut *Paeonicus*, Ἵμερε, κρα-| τος χθονίων. Hìc verò

62. Epithalamium.

Dearum Regina, Venus,
Amor, Imperator Mortalium,
Hymen, Vitæ Cuſtos,
Vos Carminibus celebro,
Vos Verſibus honeſto,

Amorem

verò κρήτ@ pro ὁ κρατῶν. *Euripides*, Κρήτης ἀρσένων Ἔστιν γυναιξίν.

960. Γάμε, βιότου φύλαξ] Verſus conſtat ex Duobus *Pyrrhichiis*, *Trochæo*, atque *Iambo*, vel ex *Proceleuſmatico* & *Choriambico*. *Dionyſius Halicarnaſſ.* γάμον vocat σωτήριον & γένους, eodem modo, & *Gregor. Nazianz.* ἄλκαρ ὀλέθρου, quià Mortui Parentes in ſobole ſuâ quodammodò reviviſcere videntur.

961. Ὑμέναε λόγοις λιγαίνω] Verſus *Trochaicus*, *Dimeter*, *Acatalectus*. Λόγοις λιγαίνω, ſuavis Παρήχησις. Λιγαίνω, à λιγὺς, *Eloquens*; & occurrit ſuprà v. 605. eſtque Vox *Homerica* & ſonat, *Altâ-voce-proferre*, aut *ſuavitèr-celebrare*. Λόγοις) ἔπεσιν, ut λέγω, ᾄδω. Ità v. 1. Θέλω λέγειν Ἀτρεΐδας. v. 254. Σὺ μὲ λέγεις τὸ Θήβης. Ità *Theocrit.* Idyll. XVII. v. 3. Ἀνδρῶν δ' αὖ Πτολεμαῖος ἐνὶ πρώτοισι λεγέσθω. Et ipſe *Homerus* ἰσοδυνάμῳ λέξει utens, Ἄνδρα μοι, ἔννεπε, Μοῦσα. Ut *Anacreon* v. 892. Δεδαηκότ@ με εἰπεῖν. *Euſtathius* itaque, quùm fol. 9. ex *Strabone*, fol. 18. notet, Vocem λέγειν, non poſſe de *Sublimi* & *Poeticâ* locutione uſurpari, ſatis ex his locis refellitur.

962. Ὑμέναε στίχοις κυδαίνω] Idem Genus Verſûs, cum præcedenti; excepto quòd hic, in *Tertio* & *Impari* loco, *Spondæus* admittatur. Κυδαίνω Vox *Homerica*. Στίχ@, propriè, Ordo, qualis Plantarum in Horto benè diſpoſito: Figuratè Verſus, undè Δίστιχον, Τετράστιχον, Ἑξάστιχον, Δεκάστιχον, Ἀκροστιχίς, &c.

963. Ἵμε-

Ἵμερον, Γάμον, Παφίην.
Δέρκεο τὴν νεῆνιν, δέρκεο, κἄιξε·
Ἔγρεο, μή σε φύγῃ Πέρδικος ἄγρα. 965
Στρατόκλεις, Φίλος Κυθήρης,
Στρατόκλεις, ἄνερ Μυείλλης,
Ἶδε τὴν φίλιν γυναῖκα·
Κομᾷ, τέθηλε, λάμπει.
Ῥόδον ἀνθέων ἀνάσσει· 970

Ῥόδον

963. Ἵμερον, Γάμον, Παφίην] Versus *Trochaicus, Dimeter, Catalectus*, constans ex Duobus *Trochaeis, Dactylo* & syllabâ; ut v. 959. si ultima τῆ Ἱμερε producatur ante Duplicem consonantem Τχεφάδος. Rectè faciunt, qui pro Παφίης legunt Παφίην. Est enim Ἀνάληψις, sive Repetitio Prædictorum à v. 958. ad v. 960. *inclusivè*, & per Appositionem ad ὑμέας pertinet, cum Reliquis; si Κυθήρῃ legas, erit *Iambus, Dimeter, Catalectus*.

964. Δέρκεο τὴν νεῆνιν, δέρκεο, κἄιξε] *Baxteri* scriptio νεανίν, pro νεᾶνιν, minimè ferenda: Nec est ut ille putat, Carmen *Elegiacum, Brachycatalect.* nec ullatenùs ad ejusmodi numero; reducendum; Verùm *Trochaicum* est, *Tetrametrum, Brachycatalectum*, uno nempè pede deficiens.

965. Ἔγρεο, μή σε φύγῃ Πέρδικος ἄγρα] Carmen *Dactylicum, Tetrametrum, Brachycatalect.* constans ex Duobus *Dactylis, Spondæo*, & Duobus *Trochæis*. Πέρδικος ἄγρα) Proverbium alludens ad Virginum & novarum Sponsarum δυσπροσομιλησίαν ἦθος. *Pierius* enim multis probat, quàm difficultèr Venator *Perdices* capiat & quâ astutiâ in evitando Venatore Perdices utantur, *Hieroglyphic.* l. XXIV. fol. 176. B. C. undè *Aristophanes*, in Avibus, ἐκφεύγω pro *evado, evito, effugio*. fol. 398. Ὡς παρ' ἡμῶν ἐδὲν αἰ-

χεφ-

Amorem *viz.* Hymenæum, Venerem.
Aſpice Puellam, aſpice, ô Puer:
Surge, nè te fugiat Perdicis captura.
O Stratocles, Amice Veneris,
O Stratocles, marite Myrillæ,
Intuere amatam hanc Conjugem;
Floret, viget, micat.
Roſa Floribus imperat:
Roſa

χρὴν ἐστιν ἐκφοδικίσαι. *Scholiaſt.* Ὁ Πέρδιξ ὄρνεον πανοῦργον, ὅταν ἐξαπατᾷ τοὺς θηρεύοντας αὐτό. & mox --εἶτα τὰ- λὰ Ϝ, τοὺς Πέρδικας καταλαμβανομένους ὑπ' ἀνθρώπων, μηχανᾶσθαι τοιαύτην σωτηρίαν. λαμβάνοντες γὰρ κέρφη τοῖς ποσὶν, ὑπολίγους ἑαυτοὺς ῥιπτοῦσι καὶ ὕπτιοι ἐπικαλύπτουσι καὶ ἐκκλίνουσιν. Ἐκφοδικίσαι) ἀντὶ Ϝ φυγεῖν. De Perdice, *Ovid.* Metamorph. l. 8. §. 3.

966. Στρατόκλεις] Στρατοκλεις, in *Vocativo* Στρατόκλεες, ut *Homero*, Πατροκλεες ἱππεῦ. Et ab hoc Verſu, *incluſivè*, ad v. 972. *excluſivè*, ſunt omnes Verſus *Iambi*, *Dimetri*, *Catalecti*, cum *Anapaſto*, in Primâ ſede, ut *Od.* 3. *Stratocles*, Nomen Magni alicujus Viri, Ducis, aut Principis, à στρατὸς & κλέος, Exercitûs Gloria; à quali Principe urbs quædam *Aſiæ* ad Cimmerium *Boſphorum*, dicta *Stratoclia*, ut *Plinius*.

967. Στρατόκλεις, ἄνασσε Μυρίλλης] Ὑποθετικὸν Ϝ, Μυρίννη, Μυρίλλη. *Myrinna* autem Nomen *Homero* notum & erat Nomen *Amazonum* Reginæ, de quâ *Dion.* l. 4. *Baxter*, "Urbanè dixit *Stratoclem* Virum "*Myrillæ* &c. nec Γάμον vidit bis ſuprà dici.

970. Ῥόδον ἀνθέων ἀνάσσει] De hâc *Reginâ* Florum vid. Od. v. & LIII. Et quòd reverà *Princeps* eſſe debeat omnium Florum, *Sappho* mirificè probat, Εἰ τοῖς ἄνθεσιν ἤθελεν ὁ Ζεὺς Ἐπιθεῖναι Βασιλῆα, Τὸ ῥόδον ἂν τῶν ἀνθέων ἐβασίλευε· Γῆς ἐπὶ κόσμος, φυτῶν·

Ῥόδον ἐν κόραις Μύρριλλα.
Ἥλιος τὰ σέθεν δέμνια φαίνοι·
Κυπάριττος ἢ πεφύκοι σεῦ ἐνὶ κήπῳ.

Περὶ Ἀνακρέοντος, ξγ'.

Ἀνακρέων ἰδών με,

Ὁ

τῶν ἀγλαϊσμάτων. Ὀφθαλμὸς ἀνθέων, λειμώνων ἐρύθημα, κάλλος ἀστράπτον. Ἔρωτος πτέρυξι, Ἀφροδίτην συνεξενεῖ. Φύλλοις εὐειδέσιν κοσμεῖ. Εὐκινήτοις πετάλοις τρυφᾷ. Τὸ πέταλον τῷ Ζεφύρῳ γελᾷ. Ex *Achille Tatio*.

971. Ῥόδον ἐν κόραις Μυρίλλα] Vis hujus Argumenti hæc eſt, *Roſa* Florum Regina, at *Myrilla*, *Roſa* inter Puellas; ergò *Myrilla*, Puellarum Regina.

972. Ἥλιος τὰ σέθεν δέμνια φαίνοι] Verſus *Ionicus*, conſtans nempè *Paone* Quarto, & Duobus demùm *Ionicis* ἀπ' ἐλάσσονος. Pro φαίνει, malo φαίνοι, ut congruat cum πεφύκοι. *Ænigmaticè* Marem *Myrilla* ſobolem optat, *Apollo* enim in Mythologicâ illâ cum *Hecate* contentione, *Hominem* protulit, ut *Pierius* notat, *Hieroglyphic.* l. XIII. fol. 100. F. Optat etiam, ut Amatorium commercium ad Orientem ſolem continuetur.

973. Κυπάριττος ἢ πεφύκοι σεῦ ἐνὶ κήπῳ] *Theocritus* Epithalam. *Helen.* v. 30. Ἢ κάπῳ Κυπάρισσος. Verſus iterum *Ionicus*, Duobus conſtans *Ionicis* ἀπ' ἐλάσσονος, *Dactylo* & *Spondæo*. Ego autem ἢ addidi poſt Κυπάριττος, ad Verſûs complementum & Sententiæ connexionem. Κυπάριττος, *Ænigmaticè*, pro *Haſta Virilis*; vid. Γεωπονικῶν l. XI. c. IV. Ità Poeta apud *Athenæ*: Βαΐν' ἐν θαλάμων κυπαρισσοτεύχων. Vid *Caſaub.* fol. 687. An & Proles Maſcula, ἔρνος, Germen humanum? Κῆπος certè hìc, ut *Virgilio* Georgic. l. 3. v. 136. Genitale Arvum, de

Roſa inter Virgines Myrilla.
Sol tuum Cubile oſtendat;
Cypreſſúſque tibi creſcat in Horto.

63. De Anacreonte.

Anacreon conſpicatus me,
Teïas

de quâ *Metaphorâ* diximus ad *Euripidis* Iphig. Taur. v. 3. & Cyclop. v. 168. *Diogenes Laertius* in *Stilpone*, Ἀνασύρας αὐτῆς τὸ κῦπον ἐθεάσατο. Ità λειμὼν *Euripid.* Cyclop. v. 170. Ψαῦσαι χερῖν λειμῶνος. Ità πεδίον, *Ariſtophani*, νάπος & κῦπος *Heſychio*, Saltus, *Plauto*, ut *Petr. Daniel Huetius*, Demonſtr. Evangel. f. 89. Ità mox, 1277. Μανιόκηπον ἐπαίρω. Vid. *Suidam* in Μυσάχνη. Domina *Dacier* Proverbialitèr & *Ænigmaticè*, dictum vult, pro ſerò moriantur; quòd *Cypariſſus* ſit arbor longæva. At tum Amborum hortus erat dicendus, non *Myrillæ* tantúm.

Ode LXIII.

Carminum Genus habes ad *Primam* Oden. At hæc Ode non omnibus videtur Genuina; quaſi, quoniam in *Anacreontem* ſit ſcripta, ab eodem confingi non poſſet, quomodò tamen apertè facit aliàs; ut notamus ad *Oden* IX. & ad v. 1020. quomodò etiam *Virgilius*, *Horatius*, *Ovidius*, *Couleius* & mille alii fecêre, faciunt, & etiamnum facturi ſunt. Ætatem certè habet, ſummam Elegantiam, *Græcæ* Linguæ Puritatem ſinceram. *Baxter*, qui *Henrico Stephano* tribuit, magno illum munere mactat, ſui Judicii jacturam facit. *Iſaac Caſaubonus*, Vir longè ſagacior, Veteris cujuſdam Poetæ opus omninò cenſet, idque antequam à *Stephano* vulgaretur, "Venit, inquit, in manus meas *Ode* quædam "*Anacreontica* Poetæ Veteris, neſcio cujus; Ipſum "Carmen ſubjiciam, quià adhuc Publici juris, quod "ſciam, factum non eſt. Ità ille in Animadverſ. ad

Athenæ

Ὁ Τήϊος μελῳδὸς,
Ὅταρ λέγων προσεῖπε.
Κἀγὼ δραμὼν πρὸς αὐτὸν
Περιπλάκην φιλήσας.
Γέρων μὲν ἦν, καλὸς ἦν,
Καλός τε κἠ φίλυμνος.
Τὸ χεῖλος ὥζεν οἴνου.
Τρέμοντα δ' αὐτὸν ἤδη
Ἔγωγε προσήγαγον.
Ὁ δ' ἐξελὼν κιθάρην
Ἐμοὶ τέρος δίδωσι·
Τὸ δ' ὥζ' Ἀνακρέοντι.

Ἐγὼ

Athenæ l. xv. c. 4. fol. 952. ad finem, ubi totam hanc *Odem* profert. Ipſe *Baxter*, "Si non fuiſſet per "tres Verſus, penè jurâſſem hanc *Odem* fuiſſe ab ipſo "*Anacreonte* conſcriptam. *Hercules*! Quàm pura, "quàm concinna, quàm fluens eſt, atque numero-"ſa? Sunt tamen in eâ Nævi *&c.* Non ſunt, *Baxtere*; tu Nævos facis: Tres illos Verſus tu primus violâſti; ut contrà te mox probabo. Cur non itaque nunc juras, Hæc eſſe *Anacreontis*? Ego ſanè huc omninò attexendum duxi, quod ad noſtri Poetæ laudem magnoperè faciat. Omnia ergò ex *Caſaubono* reſtituo. Vid. *Longepierre* p. 346. Naris certè paulò emuctioris, ſiquis alius, Virum.

976. Ὅταρ λέγων προσεῖπε] Hanc optimam Lectionem *Baxter* auſus eſt temerare, legendo, Ὅταρ μὲ προσκάλεσε, neſcius intereà, τὸ μὲ priùs dictum.

980. Καλός γε κἠ φίλυμνος] *Baxter* & hìc temerè

Teïus ille Poeta-melicus,
In ſomnio, dicens quid, eſt allocutus:
Et ego accurrens ad eum
Complexabar exoſculatus.
Senex quidem erat, at pulcher,
Pulcher erat, & Coitûs-amans;
Labium *ejus* redolebat Vinum:
Et jam penè vacillantem illum
Cupido manu-ducebat.
Ille itaque eximens de Capite
Mihi coronam donat;
Quæ ſpirabat Anacreontem.

At

merè in Poetam involat, legitque pro φιλόδινον, γανύφεων, in novis fingendis Vocabulis non tam felix, quàm audax. Undè enim, inquit, *Poeta nôſſet, Primo Aſpectu*, Eum fuiſſe φιλόδινον; Reſpondeo ego, Imprimis per Magnam illam Pocticam Chartam, *Homero* memoratam, *Iliad.* β'. v. 485. Ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε, πάρεστέ τε, ἴστε τε πάντα. Undè *Homerus* & *Virgilius*, reliquique Poetæ Deorum etiam Sermones potuerunt nobis impertire; & quid *Jupiter* in aurem dixerit *Junoni:* Undè ipſe *Anacreon* illud Ψυχῆς ἔσω χάραγμα deprehendit, ſuprà v. 902. Verùm naturalis erat cauſa, quâ Phyſiognomonici ab externo oris & vultûs filo, internos animi ſenſus conjectant. Ex Temperaturâ ſanguineâ, ex fractis ocellis, inquit *Joſeph. Vaſſæus. Anacreon* ſignum dat, Ἅμα δ' ὑγρὸν, ὡς Κυθήρης, v. 411. Videat *Baxter*, ſi vacat, *Adamantium*, & *Polemona*, Phyſiognomonicos, Περὶ Ὀφθαλμῶν, κ. λ. Et *Socratem* cum *Parrhaſio* Pictore & *Clitone* Statuario diſputantem apud *Xenophontem*, Mirabil. l. 3. fol. 617.

Ἐγὼ δ' ὁ μωρὸς ἄρας
Ἐθησάμην μετώπῳ
Καὶ δῆθεν ἄχει χὴ νῦν
Ἔρωτος ἁ πέπαυμαι. 990

Ὕμνος εἰς Ἀπόλλωνα. ξδ'.

Ἀνὰ βάρβιτον δονήσω·
Αἴθλος μὲν ἁ τοξεία,

Μελέτη

987. Ἐγὼ δ' ὁ μωρὸς ἄρας] *Baxter*, ſolitâ elatus audaciâ, & hanc optimam Lectionem mutat, χρύσια χαλκείων, legitque ἀΐδηλ- ὑθὺς, quas voces, licet *Anacreonticas*, non hoc in loco ſufficere conſtat. Hi ſunt Tres illi Verſus, propter quos Ille hanc Oden *Anacreonte* minùs dignam judicavit, & quos tamen, niſi ille corrupiſſet, intactos & inexploratos relinqueremus

Ode LXIV.

De hâc *Odâ*, ſiquis Carminis Genus quærat, recurrat ad *Tertiam*; ſiquis Authorem, quæ notamus ad Odem ſuperiorem: Nam licet ipſe *Anacreon* hic laudetur, non ideò ſequitur, ipſius Poema hoc non eſſe; quùm aliàs *Character* & *Stylus* & *Vis* ſint tanto Authore nequaquam indigni; Pluréſque ex illo loci à Veteribus laudantur, velut ex *Anacreonte*. Et neſcio, an hic *Anacreon* non ſeipſo paulò major videatur, tanta in hâc Odâ *Sublimitas*, ut v. 489. ad v. 494. *incluſivè* & 1140. & aliás. Nonnihil quidem injuriâ Temporis paſſum eſt hoc *Odarion*, verùm plus ex *Amanuenſium* inſcitiâ, qui illi aſſuebant monſtri neſcio quid; quod nec illi, nec ſibi, quid ſimile habuit; & præterea omnium erat corruptiſſimum. Quare illud Aſſumentum aliò nunc relegavi, de quo mox ſuo loco. Eſt autem & hic *Hymnus*, de quâ re diximus

ad

At ego Stultus ille acceptâ-*coronâ*
Alligabam meæ fronti;
Atque ità etiam nunc uſque
Ab amore non ceſſo.

64. Hymnus in Apollinem.

Iterum ego barbiton ciebo:——
(Certamen quidem non proponitur,
Exer-

ad v. 144. & ſi mihi credis, elegantiſſimus & undiquaque conſummatiſſimus, Illiúſque Generis, quod Προσόδιον vocatur, de quo *Athenæus*.

991. Ἀνὰ βάρβιτον δονήσω] *Tmeſis* pro ἀναδονήσω. Dicimur λύρᾳ, κιθάρᾳ, χέλυϊ, βαρβίτῳ——κρέκειν, κρούειν, κροαίνειν, σείειν, πλήσσειν, δονεῖν.—— Hinc *Apollinem Theopompus* Δονητὴν vocavit. *Heſych.* Δοναξὴν (l. Δονητὴν) τὸν Ἀπόλλωνα Θεόπομπος. *Anthol.* fol. 68. Δεξιτερὴν ὑπάτῃσι ὀπὸς πλήκτροισι δονήσω.

992. Ἄεθλον μὲ ὁ προκείται] Alludit ad Publica *Græciæ* certamina, præcipuè *Pythia*, in quibus Omnium primum & præcipuum Certamen erat, *Hymnis* in Deum *Apollinem* contendere; quod nunc facit noſter. Ità poſt *Homer.* Hymn. *Apoll.* v. 149 *Pauſanias* Φωκικῶν fol. 322. lin. 22. Ἀρχαιότατον δὲ ἀγώνισμα μουσικὴν ἐνόμισαν, καὶ ἐφ' ᾧ πρῶτον ἆθλα ἔθεσαν, ὕμνος Ὑμνον εἰς τὸν θεόν. Et primùm Citharâ certabant in *Pythiis*. Μόνων δὲ κιθαρῳδῶν ἀγωνιζομένων τοπαλαιὸν, ἐποίησεν ὁ Εὐρύλοχος ἐς πὲ ἕτερον ἐπαέρχειν ἀγώνισμα, ἐξ Ὑποθέσεως τοῦ Πινδάρου Πυθίων. Vid. plura ad v. 855. & v. 1290. Non hoc jam *Certamen* inſtat, non Publicâ Authoritate ad quorundam æmulationem jam cano; vel ſi legis ἄεθλον, nullum mihi præmium proponitur, nempè Δάφνης, *Laurûs*; ut in publicis Certaminibus; nihilominùs ex Naturâ & Inge-

Μελέτη δ' ἔπεσι παντὶ
Σοφίης λαχόντ' ἄωτον.
Ἐλεφαντίνῳ ϑ' πλήκτρῳ
Λιγυρὸν μέλος κροαίνων
Φρυγίῳ ῥυθμῷ βοήσω,
Ἄτε τις κύκνος Καΰστρου,
Πολιοῖς πτεροῖσι μέλπων

Ἀνέ-

nio impellor ad opus Muſicum; canendum &c. *Media* in Ἀεθλ& Communis, ut ad *Euripid.* Phœniſſ. v. 19. noto. Vid. infrà ad v. 997.

993. Μελέτη δ' ἔπεσι παντὶ] Ἄσκησις ϑ' πρόκειται παντὶ τῷ εἰδέτι εὖ λέγειν, κὴ ἐὰν μὴ νομίμως ἀγῶνα εἰσέρχηϑ'. Ἐν παιγνίοις μὲ δ' πᾶς ἀθλεῖ, ἀλλ' οἱ ἀπὸ Ἑλλανοδικῶν εἰς κλῆρον ἀφωρισμένοι· ἰδιώτη ϑ' σπουδαίῳ κὴ ἐμπείρῳ, ἔξεστι καθ' ἑαυτὸν κὴ τὸ αὐτὸ ποιεῖν. 2 *Tim.* c. 2. v. 5. Ἐὰν ϑ' κὴ ἀθλῇ τις, ὐ στεφανοῦϑ', ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ. Huc refer illud *Periandri*, Μελέτη τὸ πᾶν.

994. Σοφίης λαχόντ' ἄωτον] Σοφίη hoc in loco *Poeticen* notat, uî Σοφὸς, *Poetam*; de quâ re ad v. 860. *Athenæ* fol. 632. Τῶν μὲν ϑεῶν Ἀπόλλωνα, τὸν ϑ' ἡμιϑέων Ὀρφέα μουσικώτατον κὴ σοφώτατον ἔκεινον. Hunc locum reſpexit *Pindarus*, Olympionic. 1. v. 22. Ἀγλαΐζειϑ' ὃ κὴ Μουσικῆς ἐν ἄωτῳ.

995. Ἐλεφαντίνῳ ϑ' πλήκτρῳ] Πλῆκτρον) τὸ τὰ χιϑάρας, ἐν ᾧ κινεῖ τὰς χορδάς. *Heſych.* Pro τὰς lego τίς. *Anglicè*, A Quill.

996. Λιγυρὸν μέλος κροαίνων] *Homero*, κροαίνων) τοῖς ποσὶ κρούων. Hìc *Abſolutè* κρούων, vid. ad v. 991.

997. Φρυγίῳ ῥυθμῷ βοήσω] Rectè *Phrygium* Rhythmum vocat, qui nempè ἔνϑ& dictus & circa *Hymnos* ac res ſacras verſabatur. *Lucian.* in *Harmonidâ*, Τῆς ἁρμονίας ἑκάστης ἀφυλάττειν τὸ ἴδιον· τ Φρυγίου, τὸ ἔνθεον· τ Λυδίου, τὸ Βακχικόν· τ Δωρίου, τὸ σεμνόν·

τ

Exercitatio tamen præſtò-eſt cuivis
Poeticæ ſortito florem.)
Eburneóque plectro
Argutum carmen ſtrepens,
Phrygio modulo vocem-tollam;
Velut quidam Cygnus Cayſtri,
Candidis alis modulans
Vento-

ς' Ιωνικῆς, τὸ γλαφυρόν. In quem locum confer *Apulei* Floridorum l. 1. p. 488. Seu tu velles *Æolium* ſimplex, ſeu *Aſium* varium, ſeu *Lydium* querulum, ſeu *Phrygium* Religioſum, ſeu *Dorium* bellicoſum. Vid. plura ad *Euripid.* noſtrum in Tract. de *Tragœdiâ* §. XI. Prior ſyllaba in ῥυθμῷ Communis, ut in ἄεθλον, v. 992.

998. Ἄπι τὶς κύκνος Καύϛρου] Nonnulli malè legunt εἶπι pro ἄπι, ut *Spanheim.* ad *Callimach.* Del. v. 464. Locus reſpicit illud *Homer.* Iliad. β'. v. 461.

——κύκνων ἀϰλιχοδείρων,
Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι, Καϋϛρίου ἀμφὶ ῥέεθρα·
Ἔνθα κ' ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμενα πτερύγεσσιν.

Καύϛρος autem & Καύϛριος, ut Κάπρος, κάπριος. Prior ſyllaba in Κύκνος Communis, ut *Horat.* l. 4. Od. 3. *Donatura Cygni, ſi libeat, ſonum.* Ità Media in ἄεθλον corripitur v. 992. Prior in ῥυθμὸς, v. 997. & plura ejuſmodi noto ad *Euripid.* Phœniſſ. v. 19.

999. Πολιοῖς πτεροῖσι μέλπων] Alludit ampliùs ad prædictum *Homeri* locum, ἀγαλλόμενα πτερύγεσσι, quòd fortè dum canunt, Pennis plaudunt. Hinc *Pratinas*, Οἷά τε Κύκνον ἄδοντα ποικιλόπτερον μέλος. De *Cygneâ* Cantione, videſis quæ Nos ad *Euripid.* Helen. v. 1115. *Hercul.* Fur. v. 692. *Electr.* v. 151. *Ælian.* Animal. l. 10. c. 36. *Socrates* apud *Platon.* in *Phædo* §. 23. fol. 124. Edit. *Cantabrig.* Ἀλλ' οἱ Κύκνοι, ἔπι, οἶμαι, Ἀπόλλωνος ὄντες, μαντικοί τέ εἰσι, καὶ προειδότες τὰ ἐν Ἅιδου ἀγαθὰ, ᾄδουσί τε καὶ τέρπονται, ἐκείνην τὴν ἡμέραν διαφερόντως, ἢ ἐν τῷ πρόσθεν

Ἀνέμῳ σύναυλον ἠχήν.
Σὺ δ', Μοῦσα, συγχόρευε·
Ἱερὸν γάρ ἐστι Φοίβου
Κιθάρη, Δάφνη, Τέλπους τε.
Λαλέω δ' ἐρωτα Φοίβου,
Ἀνεμώλιον τὸν οἶστρον·
Σαόφρων γάρ ἐστι κούρη·
Τὸ μὲν ἐκπέφυγε κέντρον,
Φύσεως δ' ἄμειψε μορφὴν,
Φυτὸν θύθαλὲς δ' ἐπήχθη.
Ὁ δ' Φοῖβος, ἦε Φοῖβος,
Κερατέειν κόρην νομίζων·
Χλοερὸν δρέπων δ' Φύλλον
Ἐδόκει τελεῖν Κυθήρῃ.
Ἄγε, θυμὲ, πῇ μέμηνας,

Μανίην

χόνω. *Martial.* Dulcia defectâ modulatur Carmina linguâ Cantator Cygnus funeris ipse sui. *Conrad. Rittershusius* in *Oppian.* Cyneget. l. 2. v. 544. multò plura ex Authoribus. *Olaus Wormius* testes illorum Cantionis adducit, *Musæ.* l. 3. c. 13.

1001. Ἱερὸν γάρ ἐστι Φοίβου] Hoc distichon ex *Anacreonte* laudatur, ab *Ezekiele Spanheimio* in *Callimach.* Hymn. Del. v. 399

1003. Κιθάρη, Δάφνη, Τέλπους τε] Prior syllaba in Δάφνη Communis, ut suprà ad v. 992. 997. 998.

1006. Σαόφρων γάρ ἐστι κούρη] Nempè *Daphne*, de quâ *Parthenius*, Ἐρωτικῶν, c. 15. *Ovid.* Metamorph. l. 1. §. 1x. Γεωπονικῶν l. xi. c. 2. maximè hujus

Vento ſimul-ſonantem vocem.
Tu verò, Muſa, unà-tripudiato:
Res etenim Phœbo ſacra eſt
Cithara, Laurus & Tripus.
Eloquor itaque amorem Phœbi,
Supervacuum furorem;
Caſta etenim eſt Puella:
Stimulum quidem *illum* evaſit,
Naturæque mutavit formam,
Et Planta *facta* ſemper-virens reſonabat.
At Phœbus, ibat quidem Phœbus,
Potiturum-*ſe* Puellam putans;
Viride verò carpens folium
Putavit ſe exercere Venerem.
Age, Anime, quorſum inſanis,

Inſaniam

hujus Hymni explicationi facit, & illud à p. 303. Σωφροσύνῃ ὀνομάζεσι Δάφνῃ.

1007. Τὸ μὲ σκιπόδιον κέντρον) Τετίσιν, Ἀπόλλωνος ἔρωτα, ὃν καὶ οἶστρον εἶπεν. Ἄλλως, Κέντρον) αἰδοῖον ἀνδρεῖον, ὡς Σωφάδης, Πτολεμαίῳ τῷ ἀδελφῷ αὐτῆς γήμαντι. Εἰς ἐχθρὸν τραυματίην τὸ κέντρον ὠθεῖς.

1009. Φυτὸν εὐθαλὲς ἐπ' ἐπήχθη] Ità in *Imperfecto* lego, pro Veteri ἐπηχεῖ in *Præſenti*, quod hactenùs malè obtinuerat. Ità verſu proximè ſequenti, ἴα lego, ab εἶμι, *Eo*, de quâ voce *Etymolog.* in v. Ἤιεν, i, e. ἴεν. & mox v. 1013. ἐδόκει.

1010. Ἤιε] ἐπορεύετο. Vid. ad v. 1009.

1013. Ἐδόκει πτηνὴν Κυθήρῃ] Ità ſuprà v. 351. Τετηνὴν τὴν Ἀφροδίτην.

1015. *Mavilus*

Μανίῃ μανεὶς ἀείσην; 1015
Τὸ βέλος φέρε κραταίνων,
Σκοπὸν ὡς βαλὼν ἀπέλθῃς·
Τὸ δ' τόξον Ἀφροδίτης
Ἄφες, ὦ θεὸς σύγκα.
Τὸν Ἀνακρέοντα μιμοῦ, 1020
Τὸν ἀοίδιμον μελισσῆν·
Φιάλῃ πρόπινε παισὶ,
Φιάλῃ λόγων ἐρασσῇ,
Ἵνα

1015. Μανίῃ μανεὶς ἀείσην] Ὀξύμωρον illud elegans, μανίην ἀείσην, & v. 759. σώφρονος λύσης & v. 894. χαλεπόν τι μανῆναι & v. 1023. Φιάλῃ λόγων ἐρασσῆν, & v. 1027. Νοσεῖν οἶνον & v. 1278. Νέκταρ μελικὸν, hæc omnia Poetæ *seriam* Sobrietatem, *simulatam* Ebrietatem docent; ut in ejusdem Vitâ ostendimus. Vid. ad v. 1186. *Socrates* in *Platonis Phædro*, Ἐρωτικὴν μανίαν ἐφησάμην ἀείσην εἶναι.

1016. Τὸ βέλος φέρε κραταίνων] Hæc *Metaphora* frequens Poetis; *Homero*, Odyss. χ. v. 6. *Euripid.* Troad. 444. *Ion.* v. 256. & v. 1411. *Pindari* Olympionic. 2. 149. Πολλά μοι ὑπ' αἰγικῶν ὠκέα βέλη ἔνδον ἐντὶ φαρέτρας, φωνᾶντα συνετοῖσιν. Et v. 160. Ἔπεσι σκεπτὸν τόξον, ἄγε, θυμέ. Verùm, qui *Anacreontis* hanc Oden ideò negant, quod Imitatio *Pindari* videatur, nesciunt, ideò & esse illius argui posse; quòd hunc locum sit *Pindarus* imitatus, ut multos alios.

1018. Τὸ δ' τόξον Ἀφροδίτης] Cur τόξον Ἀφροδίτης vocat, cùm Omnes ferè Poetæ *Cupidinem arment Arcu*, & ab illo *Apollinem* etiam ictum *Ovidius*.

Insaniam insaniens optimam? 1015
Jaculum profer vi-adhibitâ,
Ut, scopo percusso, abeas:
Arcum autem Veneris
Omitte, quo Deos vicit.
Anacreontem imitare, 1020
Famosum illum Poetam:
Phialam præbibe Pueris,
Phialam Carminum amabilem,

Ut

us doceat, *Metamorph.* l. 1. §. 1x? Respondeo, *Cupido*, Filius *Veneris*; atque proindè illius Arma, ut à Matre comparata, illique donata, Matris etiam quodammodò habenda. Quin Tela *Veneri* tribuuntur à *Theocrito*, Cyclop. v. 16. Κύπριδι δὲ μεγάλας, τό οἱ ἵππεια πᾶξε βέλεμνον, & *Moscho*, Europ. v. 75. Θυμὸν ἀναιδήσιν ἰανθμηθεὶς βελέεσσι Κύπριδος.

1019. Ἄφες, ὦ θεὸς εἰπεῖν] Pro Veteri ὡς, ego ὦ scribendum judico; ut & *Fabri*, *Fabri* Filius, *Æmyl. Portus*, *Longepierre* &c.

1020. Τὸν Ἀνακρέοντα μιμοῦ] Hoc est, *Teipsum metire*; quasi diceret, Quùm sis *Anacreon*, hoc est Puerorum & Hilaritatis celebrator, nè tu Divorum Amores tangito. Ità *Horat.* l. 1v. Od. v1. de se, *Vatis Horati*; & *Virgil.* Georgic. l. 1v. v. 563. Illo Virgilium *me tempore dulcis alebat Parthenope.*

1022. Φιάλην παρέπινε παισὶν] Qui hunc locum ex *Pindaro* haustum volunt, cur non æquè potuerunt suspicari ex *Anacreonte* traductum à *Pindaro* per Imitationem; ut suprà dixerim ad v. 1016. Vid. *Pindar.* Olympionic. 17. v. 1. ad 5.

1023. Φιάλην λόγων ἱερωτάτην] Vid. ad v. 1015. Confer v. 1190. Ἐμὲ γὰρ λόγων χαίρειν δὲ οἱ παῖδες ἂν φιλοῖεν, κ. λ.

1024. Ἵνα

Ἵνα Νέκταρ᾽ ποτοῖο
Παραμύθιον λαβόντες,
Φλογερὸν φυγόντες ἄστρον,
[Νοερὸν πίωσιν οἶνον.]

Εἰς χρυσὸν, ξέ.

Ὁ δραπέτης ὁ Χρυσὸς

Ὅταν

1024. Ἵνα Νέκταρ᾽ ποτοῖο] Pro λάβὼ, lego ἵνα. Hoc Νέκταρ esse νοερὸν, res ipsa & contextus docet ut pluribus ostendo ad v. 1027. Νέκταρ᾽ autem ποτοῖο, pro Νεκταρείῳ ποτῷ, & hoc pro ᾠδῇς, ut *Pindar.* Νέκταρ χυτὸν, Μοισᾶν δόσιν vocat.

1025. Παραμύθιον λαβόντες] Alludit eruditus Poeta ad illud *Homeri* Odyss. δ'. v. 221. Αὐτὰρ ἔπειτα βάλε φάρμακον——Νηπενθές τ' ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων.

1026. Φλογερὸν φυγόντες ἄστρον] *Litera* spectat, quò & illud *Alcaei*, Τίγλε πνεύμονας οἴνῳ· Τὸ γὰρ ἄστρον πεφόβηται). Et ità *Horatius* vertit, *Canicula Vitabis æstus.* Ἄστρον hìc primariò & emphaticè pro ἥλιον. *Figura* verò respicit ad ἄστρον Ἀφροδίτης, Stellam *Veneris*, quam *Nonnus* πυρόεσσαν vocat. De Amore, *Moschus* Idyll. 1. v. 7.——περὶ δ' εἰκελον· ὄμμασι δ' αὐτῷ Δερμάτιλα καὶ φλογέη, & v. 23.——πολὺ πλείων δέ οἱ αὐτῷ Βασὰ λαμπὰς ἐοῖσα τὸν ἄλιον αὐτὸν ἀναίθει. Et *Musæus* Arma *Cupidinis* Ignea vocat, v. 40.——φλογερῷ φαρέτρῳ & v. 41.——πυριπνέοντας ὀϊστούς.

1027. Νοερὸν πίωσιν οἶνον] Hunc Versum ex meis addo, ut Sensus adimpleatur. Νοερὸν autem οἶνον dico, ut ipse Author v. 1023. Φιάλην λόγων dixit & v. 759. σώφρονα λύσας, & v. 894. Χαρίεντως μανῆναι,

Ut ità Nectaris poculenti
Solamen ſumentes,
Igneum vitantes ſydus,
Intellectuale bibant Vinum.

65. In Aurum fugitivum.

Fugitivum Aurum

Quùm

ναι, & v. 1015. Μανίην μανιὴς δρόσην, & v. 1278. Νίκταρ μελικόν. Vid. ad v. 1015. *Proclus*, Hymn. *Veneris Uraniæ*——ποτρῳῖῳ γάμῳ, ποτρῴων ὑμεναίων & ——ποτρῳῖσιν ὀϊστεύσι βελέμνοις Ψυχάς. Atque ità jam hæc *Ode* omniũ pulcherrima felicitèr abſolvitur. Quæ enim anteà illi appenſa fuerant, nullibi minùs aptè poni poſſe videbam, quàm hoc in loco. Nobis itaque *Morbida* primùm à *Sanis* erant ſeparanda; deindè ubinam maximè pertinerent, attendendum; & ſic noſtro tandem, aliorumque non paucorum judicio, videntur ad finem *Auri Fugitivi* commodè attexi poſſe.

Ode LXV.

Hæc *Ode* ejuſdem Generis cum omnium *Primâ*; at mirum in modum hactenùs corrupta & deformatà: quam ideò *Grammaticaſtri*, qui illi impares erant, rejiciebant. At quùm in *Vaticano* MS. etiam extet, nobis non eſt Deſperandum; nam & ſic Antiquitas illius apparet, quanquam parum aut nihil in emendatione ab eodem adjuvemur. Conabimur utcunque; & candidi homines modeſtam & alacrem Induſtriam Laudis loco ponent.

1028. Ὁ δραπέτης ὁ χρυσὸς] Olim μ' ὁ χρυσὸς, ego verò τὸ μ' rejicio, quoniam in ſequenti Verſu μοὶ occurrit. Prior ſyllaba Ὁ δραπέτης omninò longa, ut *Sophocl.* Ajax. v. 1303. Οὐ δραπέτην τὸν κλῆρον εἰς μέσον κρῖναι, & *Palladas*, Antholog. l. 1. c. 80. fol. 113. Ἂν

Ὅταν φύγῃ μὲ χρυσπῶις,
Διωκέμεις τε, ταρσοῖς,
Ἀεὶ δ', ἀεί με φεύγῃ·
Οὔ μιν δίωμι· τίς γὰρ
Μισῆν θέλει τι θηρᾶν;
Ἐγὼ δ' ἄφαρ λιαθεὶς
Τᾶ δραπέτᾳο Χρυσᾶ,
Ἐμῶν φρενῶν μοὶ αὔρας
Φέρειν ἔδωκα λύπας·
Λυγρὰ δ' ἐλὼν ἀείδω

Ἐρω-

113. Ἂν μὴ γελῶμεν τὸν βίον τὸν δραπέτην.

1029. Ὅταν φύγῃ μὲ χρυσπῶις] *Vatican.* MS. Ὅταν μὲ φεύγῃ χρυσπῶς, nullo Metri reſpectu.

1031. Ἀεὶ δ' ἀεί με φεύγει] *Vatican.* MS. Ἀεὶ, ἀεὶ, non æquè benè. Repetitio autem Emphatica, ut v. 481.

1032. Οὔ μιν δίωμι] Δίωμι, ἀντὶ τοῦ διώκομαι, παρὰ τὸ Δίω, διάκω. Λέξις Ὁμηρικὴ, *Iliad.* π'. v. 246. Αὐτάρ ἐπεί κ' ἀπὸ ναῦφι μάχῃ σὺν ποσσὶν τε δίηται, &c. χ'. v. 189. Ὡς δ' ὅτε νεβρὸν ὄρεσφι κύων ἐλάφοιο δίηται. Et hinc in locum Τοῦ δίωμι, Vocula διώκω, ſucceſſit. Vocibus autem *Homericis* libentèr uſum *Anacreonta* paſſim probamus.

1033. Μισῆν θέλει τι θηρᾶν] Olim μισῶν, quod ferri fortè poteſt, at μισῆν potiùs vim Senſûs aſſequitur; ut concordet cum τι, quare ità lego cum *Fabri* filiâ & *Longepierre*. Ut *Antholog.* l. 1. c. 74. fol. 107. Μισεῖτω μὲ πύλας Χρυσὸς ὁ πορνοφίλας. Legebam ego olim, θέλει μισῆνθᾰ θηρᾶν, ut ſit *Aurum* Perſonatum; non quòd neſcirem μισῆν-τα *Primam* producere; Vidi enim *Spondæum* etiam in *Secundo* loco aliquandò poni, *Trochaici* certè Verſûs,

Quùm fugit me pernicibus,
Ventóſque-æquantibus, Plantis,
(Semper autem, ſemper me fugit)
Non illud utíque perſequor: Quis enim
Inimicum vult aliquid venari?
Aſt ego ſtatim ſummotus
A ſugitivo illo Auro,
Meæ Mentis ſanè ventis
Portare trado curas;
Lyrámque ſumens cano

Amatorias

ſùs, ut v. 948. &c. Quod tamen rariſſimè in *Iambis* factum invenio, à magnis Authoribus.

1034. Ἐγὼ δ' ἄφαρ λιαθεὶς] Phraſis *Homerica*, ut *Iliad. δ.* v. 349. Δαιχεύσας, ἑπέεσσιν ἄφαρ ἔζεθε, νόσφι λιαθείς. Et λ. v. 80. ——ὁ ὃ νόσφι λιαθεὶς Τῶν ἄλλων. Et φ'. v. 255. ——ὕπαιθε ὃ τοῖο λιαθείς. *Caſum* autem, ut vides, non niſi *Genitivum* habet, quarè ſequentis Verſûs emendatio magis authentica.

1035. Τῷ δραπέτῃ χρυσῷ] Ità lego pro corrupto illo, Τῷ δραπέτᾳ τῷ χρυσῷ, in hoc enim Genere, Neceſſe omninò, ut *Antepenultima* ſit brevis; & oſtendi modò, *Genitivum* ſemper ad Participium λιαθεὶς requiri.

1036. Ἐμῶν φρενῶν μ' αὔρας. Φέρειν ἔδωκα λύπας] Hunc locum *Horatius* ad verbum expreſſit, ut oſtendo ad v. 609. Quod magnum erit Argumentum pro Authoritate hujus *Odæ*, utut hactenùs depravatæ.

1037. Φέρειν ἔδωκα λύπας] Ordo, Ἔδωκα λύπας ἐμῶν φρενῶν αὔρας, φέρειν αὐδὰς, ἀντὶ Ε. ἵνα φέρωσιν. quam ipſam *Syntaxin Horatius* imitatur loco modo laudato.

Ἐρωτικὰς ἀοιδάς.

Πάλιν δ' ὅταν μὲ θυμὸς
Ὑπερφρονεῖν διδάξῃ,
Προσεῖφ' ὁ δραπέτης με,
Φέρων Μέθυ ἄφρονι,
Ἑλών μιν ὡς μεθήμων
Λύσης γένοιμι δηρόν.
Ἄπιθ', ἄπιθε Χρυσὲ,
Ἐς τ' ἂν δόλοις μὲ θέλγῃς;
Πλέον τὰ νοῦσα χρυσοῦ,
Πόθος

1042. Προσεῖφ' ὁ δραπέτης μὲ] Ità pro malè locato illo, Προσεῖπεν ὁ δραπέτης, Metri neceſſitate poſtulante.

1043. Φέρων μίθυν ἄφρονι] Olim Μέθυν δ' οἱ φρονίδων, quod nonnulli mutabant, in Μέθυν μοι φρονίδων. Sed quis unquam dixit μέθυν φρονίδων; Μέθυν ſanè φάρμακον φρονίδων dixeris. Quare μέθυν ἄφρονι lego ego, ut *Verſus* & *Senſus* ſibi conſtent. Ità *Horat.* l. 1. Od. 7. *Nunc Vino pellite Curas.* Vid. *Proverb.* c. 31. v. 6. 7. Et *Simonides*, Πῖνε, πῖν' ἐπὶ σι μφορῇς, ὦ παῖ.

1044. Ἑλών μιν ὡς μεθήμων] *Vatican.* MS. μεθήμων, pro μεθ' ἡμῶν, rectè; ut *Fabri* quoque Filia & *Longepierre.* Qui auro abundant, Muſarum ſtudio ſolent remittere: *Paupertas* extudit artes. Non tamen hoc illos defendit, qui ergà Doctos ingrati ſunt. Multò magis deceret, *Divites* & *Magnates* Viros Doctorum hominum conſortio frui, coſque liberalitèr tractare; quàm *Gallica* Mancipia & Fidicinum turbam ſcortorúmque & Canum longum ordinem nutrire, cum ſalutis Famæque & Animarum diſpendio.

1047. Λύσης

Amatorias cantiones.
E contrà quandò ità me Animus
Contemnere *opes* docuerit,
Compellabat Fugitivum illud me,
Adducens Temulentiam curis-vacuam;
Ut accepto Illo, remiſſus
Ergà Lyram fiam diú.
O infidum Aurum,
Quoúſque me dolis permulceas?
Plus fidiculæ valent Auro,

Et

1045. Λύρης γένοιμι δηρόν.] Pro γένωμαι, lego γένοιμι Metri cauſâ; ὡς enim cum *Optativo* etiam *Homero*, Iliad. φ'. 605. Ὡς αἰεὶ ἔλποιθ' ἱκέσθαι πόσιν οἶσιν. Pro λαρὸν jamdudum Docti Viri ſubſtituerant δαρὸν· ego, nè *Iones Doricè* loquantur, δηρόν.

1047. Ἐς τ' ἂν δόλοις μὲ θέλγῃς] Cum Interrogatione ſumendum & eſt Phraſis *Homerica*, Iliad. φ'. v. 604. δόλῳ δ' ἄρ' ἔθελγεν Ἀπόλλων. *Vatican.* MS. Μήτ' ἂν δόλοις μὲ θέλγῃς, haud malé. De voce ἕως τε diximus ad *Euripid.* Andromach. v. 1266.

1048. Πλέον τὰ νεῦρα χρυσοῦ] Ità corrigo, Πλέον χρυσοῦ νεῦρα, vel, ſi facilè in *Iambis* admittatur *Spondæus* in *ſecundo* loco, vid. ad. v. 1033. legerem, Πλέον χρυσοῖο νεῦρα. Verùm nec hoc tutum, & τὰ νεῦρα potiùs Emphaſeως cauſâ, Senſúmque paritèr & Verſum ſuis Numeris implet. Simile illud *Apollonidæ*, Antholog. l 1. c. 26. fol. 35. Οὐ γὰρ δὴ πλούτου Μοῦσα χρειοτέρη. Vid. fol. 108. Οὐ τὸ ζῆν χαλεπώτερον κ. λ. Proverbium ſanè *Hiſpanicum* præfert Ingenium Opibus, *Mas vale Saver, y Haver*, Plus valet Scire, quàm Habere. Sciendum, hoc in loco, Τὰ νεῦρα, ἀντὶ τοῦ, ἡ Μουσικὴ, per *Metalepſin*, ut *Virgil.* Eclog. 1. v. 70. *Poſt totidem mea Regna videns mirabor Ariſtas.*

 1049. Πάθος

Πόθος πλέον τ' ἀείδειν.
Σὺ γὰρ δόλῳ φθόνῳ τε
Ἔρωτ' ἔθηκας ἄφαντον,
Λύρῃ τε χρυσόπαστον·
Φιλημάτων ἠδ' ἡδέων,
Πόθων, κύπελλα κίρνης·
Ὅταν θέλεις ἤ, φεύγεις·
Ξένοισι δ' ἄγχι Μυσῶν
Δολίοις, ἄπιτ', ἀφέστηκας·

Ἐμοὶ

1049. Πόθος πλέον τ' ἀείδειν] Ità ex Conjecturâ pro Monſtro illo, Πόθος κέκλυθι ἀδῖς, ratione ad literarum veſtigia habitâ; ut ſit Ordo & Senſus, Πλέον ἐστὶ τὰ νῦν ἐμοὶ, καὶ ἡ Μουσικὴ, χρυσῆ, καὶ τὸ ἀείδειν πόθος καὶ ἐρωτικὰς ᾠδάς, ut ſuprà v. 1039. Πλέον καὶ φίλτερον χρυσῆ, πόθος ἀείδειν.

1050. Σὺ γὰρ δόλῳ φθόνῳ τε] Quæ ſequuntur ex hinc olim ad *Apollinis* Hymnum per Errorem non ſimplicem annexa erant; quùm nè ejuſdem Carminis eſſent Generis, cum illâ Odâ: Videor nunc ſuum in locum rectè reponere: ſiquis rem attentiùs conſiderârit. Veterem Lectionem, Σὺ γὰρ δόλῳ, σύ τοι φθόνῳ, in ordinem reduco. Vid. ad v. 1057.

1051. Ἔρωτ' ἔθηκας ἄφαντον] Pro ἔθηκας lego ἔθης, ab ἔθην Aoriſt. β. ut ἔδων &c. Pro ἀνδράσι lego ἄφαντον, Senſu & Verſu poſtulante.

1052. Λύρῃ τε χρυσόπαστον] Olim Λύρῃ δ' ἀλίπαστον εὖ, nullo ſenſu. Mutavi itaque ὴ in τε & ἀλίπαστον in χρυσόπαστον quod à πάσσω· nam & *Nazianz.* χρυσόδετον κιθάρῃ vocat. De Lyrâ, Citharâ, Chely, Teſtudine, vid. D. *Edvardi Sherburne* Notas ad illud *Senecæ* Medeæ, v. 357. Cùm *Pieriâ* reſonans Citharâ *Thracius Orpheus* &c.

1053.

Et plus, Amores canere.
Tu etenim dolo, invidiáque
Amorem reddidiſti evanidum,
Lyrámque auro-conſperſam:
Oſculorúmque ſanctorum,
Amorum *nempè*, pocula polluis & contur-bas:
Et quandò vis, fugis;
Hoſpitibúſque juxta Myſos
Doloſis, ô infidum, places:

At

1053. Φιλημάτων ϑ' ὑδρῶν] Ut modò ϑ, in π mutavi, ità nunc π in ϑ transfero. *Epitheton* verò ὑδρῶν *Modeſtiam* Poetæ notat, quodque Ἀφροδίτῃ παιδήμῳ nil litet.

1054. Πόδων κύπελλα κίρνης] Πόδων ponitur per *Appoſitionem* ad φιλημάτων. Κίρνης à κίρνημι. Hic autem Senſus, Σὸ μέ, ὦ ἄπιστε χρυσὲ, κύπελλα φιλημάτων τὲ ὑδρῶν καὶ πόδων, καθαρὰ αὐτὰ ὄντα καὶ ἄκραφνα, κίρνης κακῷ φαρμάκῳ φιλαργυρίας κ. λ. *Heinſii* Codex pro πόδων legit ποτῶν, frigidè, pro κελύῃ, κίρνῃ aliquantò ſaniùs, licet in *Perſonâ* falſus.

1055. Ὅταν θέλῃς ϑ', φεύγεις] Pro φεύγῃς lego φεύγεις. Ratio obvia.

1056. Ξείνοισι δ' ἀγχὶ Μυσῶν] *Diſtichon* ex hinc, loco ſuo motum, poſt φεύγεις pono; ut ſit Ordo, Ὅταν δ' ἐθέλῃς, φεύγεις, καὶ ξείνοις δολίοις, ὦ ἄπιστε, ὑρίσκεις. Pro Μυσῶν, *Fabri* filia & *Longepierre*, Μυσῶν legunt; *Phrygas* enim Poeta innuit *Myſorum* vicinos, ob *Laomedontea* perjuria *Trojæ*. Hoſpites vocat; quòd *Ionia* & *Phrygia* ſint *Aſiæ*.

1057. Δολίοις, ἄπιστ', ὑρίσκεις] Vox ἄπιστε Verſûs hos oſtendit rectè jam nunc ordinari & ad *Aurum Fugitivum* referri, cui v. 1046. Ἄπιστ', ἄπιστε Χρυσέ. Quarè & hìc pro ἀπίστους lego ἄπιστ', ut ibidem, Verſûs causâ; ut & ὑρίσκεις pro ἀνεύρεις. Eſt au-

Ἐμοὶ ὴ τῷ λυρῳδῷ
Μούσας ποιεῖς ἀποίκους.
Λύρης δ' ἐμῆς ἀοιδὴν
Οὐκ ἂν λίποιμι τυτθόν.
[Σὺ, Χρυσὲ, γῦν ἄπελθε]
Ἀχανδέας δ' ὀείνοις,
Αἴγλλῳ τε λαμπυρίζοις.

Εἰς τὸ Ἔαρ. ξϛ'.

Τί χείλλιόν ἐστι βαδίζειν,
Ὅπω

tem, hìc *Anapæſtus* in *Primâ* ſede pro *Iambo*, ut in *Tertiâ* Odâ.

1058. Ἐμοὶ ὴ τῷ λυρῳδῷ] Pro λυρηκτύπῃ lego λυρῳδῷ, quùm nulla ſit Vox iſtiuſmodi; eſt enim λυρηκτόπος, non λυρηκτύπης. Et Lex Verſûs λυρῳδῷ poſtulat.

1059 Μούσας ποιεῖς ἀποίκους] Pro φρεσὶν, lego ποιεῖς, Senſu poſtulante. *Spondæum* in *Primâ* ſede hujus Verſûs admitti oſtendo ad *Primam* Oden.

1060. Λύρης δ' ἐμῆς ἀοιδὴν] Hoc loco, ſenſum ut apertum facias, ponas mecum hoc *Diſtichon*, quòd olim poſt v. 1055. ſequebatur; & reliqua etiam, quomodò Nos ordinamus, accipias.

